
ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ
Βιβλία Τρία.

ARISTOTELIS
DE
Rhetorica seu arte Dicendi
Libri Tres, *Græcolat.*

Contextu Græco, ad *exemplaria selectiora* emendato; Latino, *Paraphrasi*, ubi opus, intertexto; Utroque, etiam *in Particulas* distincto.

Margini Interiori, adscriptis *locis Authoris*, ex ipso citatis, vel ἐκ παραλλήλου similibus;

Exteriori, adposita *Analyticâ Methodo*: cujus *Tabulæ Synopticæ*, in sua loca distributæ.



LONDINI,

Typis *Ben. Griffini*, Impensis *Edvard. Hall* Bibliop. *Cantabr*. MDCXCVI.

ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ

[illegible]

ARISTOTELIS

DE

Rhetorica seu arte Dicendi

Libri Tres, Græcolat.

[illegible] ad exemplaria [illegible] emendato;

[illegible]

[illegible]

[illegible], ex ipso circus [illegible]

[illegible]

[illegible]

LONDINI,

[illegible]

[illegible] M.DCC[illegible]

ARISTOTELES, *Academiarum quotquot nutriit orbis, fœlicissimus Parens, in Lycæo quadragenarius Scholam aperuit; ubi, dum Philosophiæ matutinis, Rhetoricæ pomeridianis, viginti annorum dicursu incumberet, quantum Rhetoricum voluminum exaraverit, non est facile divinare. Unum inter cætera,* THEODECTIA εἰσαγωγὴ *nuncupatum* [a], *sub Theodectis, tanquam genuini Authoris, nomine, (quum in illius tantum gratiam esset conscripta,* [b] *) aliquandiu circumferebatur; cui etiam consimilem libellum, quo populari subveniret captui, adjunxit Author, nec infaceto nomine,* GRYLLUM [c]. *Sed ista, ut & alia, crassiori filo. Cætera, quum secundis curis, (qui ipsi in omnibus mos fuit) expolienda essent,* AUREUM *tandem* OPUS, *quod præ manibus est, pertexuit, Universæ Artis Compendium absolutissimum; hoc est,* ARISTOTELICUM; *sive acumen Inventionis, rerumque copiam spectes, sive Methodum præceptorum, sive Orationis stylum. Cujus eum Operis, tanquam genuini sui, non puduisse, indicio est, quod in eo mentionem passim fecerit scriptorum* [d], *quæ tunc ediderat,* ἀναλυτικῶν, τοπικῶν, ἠθικῶν, ποιητικῶν. *Neq; hujus Commentarii laudem in alium quenquam transmovit Laertius* [e]; *qui, quum hosce libros, non tres, ut ætate nostrâ, sed duos tantum, ut suâ, distinctos nominet, (sive memoriâ lapsus, sive librariâ fide læsus) eo tamen nomine excusabilis sit, quòd argumento librorum retento, numerum mutârit solum, quum ex duobus prioribus* DE FIDE, *conficeret unum. Utcunq; habet, his libris continetur Dicendi Methodus universa. Cujus Naturam, qui, hodierno Scholarum more, simplicem synonymamq; quæsierit, nugas egerit. Ut enim* LOGICÆ, *cæterisque id genus artibus, natura communis nulla, nulla Definitio; ita nec,* RHETORICAM *quæ definiat, Essentia comparet una; quum, ut Corpori humano, ita huic Oratorio, natura multiplex sit, partes etiam varie coagmentatæ.* SOLIDUM *ei* ARTIFICIUM, *est ipsa* ENTHYMEMATICA FIDES, *tanquam Corporis Elementaria basis; quâ teneas,* QUID & EX QUIBUS *dicas* [f]: *Huic supervenit, quasi cutaneus color,* ELOCUTIONIS *venustas; quâ doceare,* QUOMODO *dicas: Tertia, quæ restat,* HARMONIA MEMBRORUM, *justaque* PARTIUM DISPOSITIO, *edisserit,* QUO ORDINE *rerumque collocatione dicas. Prima igitur viget eminetq; oratoria* FIDES: *reliquæ duæ,* ELOCUTIO & DISPOSITIO, *si ad Artis normam exigantur* [g], *supervacaneæ illæ, & Appendiculæ quædam: si ad* FIDEM *revocentur, ut Analoga ad unum Caput & (ut Scholæ balbutiunt) ad* UNUM; *eam, tanquam Exemplar Ideamq; intuentur atque imitantur sui. Ex quibus conficitur; de Rhetoricâ, in communi significato, nihil commode, sine magna perturbatione potuisse dici: quicquid in primâ illâ parte præceptum fuerit, id duabus reliquis, analogicâ ratione, lumen addere. Unde, ut in cæteris, ita in hac Methodo, permirus Aristoteles, cui cum in genere quod diceret, nihil esset; quæ ad communem Rhetoricæ materiam definitionemq; spectant, in primâ ac principali ejus specie, (id est,* ENTHYMEMATICA FIDE) *artificio accurato exposuit: id quod ex sequenti Tabellâ, quasi prælucente fanali, summatim hauries.*

[a] Vide hujus lib. 3. ca. 9. p. 26. & Rhet. ad Alex. c. 1. p. 2. & Quintil. lib 2.
[b] Valer. Max. li. 8. ca. 15.
[c] Laert. in Arist.
[d] Consule Annotat. interior. margin.
[e] In vita Arist.
[f] Lib. 3. c. 1. p. 1.
[g] Lib. 3. c. 1. p. 10.

Prima pars Rhetoricæ [De FIDE Enthymematicâ,] exprimitur Lib. 1. & 2.

LIB. 1.

- Præmissis duobus (quæ cap. 2. p. 1. dicentur προκείμενα) de *Similitudine Rhetoricæ & Dialecticæ*: Deque *Utilitate hujus Artis*: — Cap. 1.
- Accedit ad ipsam *Methodum*, seu *Artem*: Ubi
  - Definitâ Rhetoricâ [Quid sit,] & Divisâ Fide in suas species: — Cap. 2.
  - Pertractat *Fidem Enthymematicam* duplicem: Viz.
    - Tum eam, quæ *huic aut illi Generi* dicendi, *Propria* est:
      - Præmisso igitur, *Genera Orationum esse tria*: & *Fidem illorum Propriã* esse duplicem [*Unam de Quæstionibus singulorũ* generũ *Propriis*; An sit Utile: An Honestum, &c. *Alteram de Quæstionibus dictorũ* generum *Communibus*; An sit Factum, An Futurum, &c.] — Cap. 3.
      - Declarat *Fidem Propriam*: Ac
        - 1, Illam, quæ sumitur *de Propriis Quæstionibus singulorum Generũ*,
          - *Deliberativi.* — Usque ad cap. 9.
          - *Demonstrativi.* — Cap. 9.
          - *Judicialis.* — Usque ad fin. lib.

LIB. 2.

          - Ad *Judicia* imprimis, necnon *ad Deliberationes*, pertinet, Tum
            - *Morata Fides*, ea quâ mores suos exprimit, qui dicit. — Cap. 1.
            - *Affecta Fides*, quâ Audientium Affectus excitantur. — Usque ad ca. 13.
          - Ad omnia tria Genera referuntur *hominum Mores*, atque ingenia varia; (Sive sint Actoris & Rei: Sive eorum quibus consultum volumus: Sive eorum quos ornamus laudibus &c.) *Hii* mores, *consequuntur cujusq;*
            - 1 *Affectus* animi.
            - 2 *Habitus* Morales.
            - 3 *Ætates.* — Ca. 14. 15. & 16.
            - 4 *Fortunas.* — Cap. 17. 18. 19.
        - 2, Illam, quæ est *de Quæstionibus trium Generum Communibus*: [An sit Factum, An Possibile, &c.] — Cap. 20.
    - Tum eam, quæ *non tantum* sumitur *de Quæstionibus* singulorum *Generũ Propriis vel Communibus*, sed latissime quoque *extenditur ad Quæstiones quorumcunque generum Indefinitas*: Unde dicitur COMMUNIS *Fides*: eaque 3a: *Exemplum, Enthymema*, & *Sententia*. — Usque ad finem lib. 2i.

☞ *In Quotationibus marginis interioris, sequuti sumus,*
In Organo & Physicis, Pacianam Editionem:
In Poetic. Editionem à nobis emitttendam:
In ceteris, opera Arist. apud Læmarium, 1597.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΕΧΝΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ ΤΩΝ εἰς τρία τὸ πρῶτον.

ARISTOTELIS Artis Rhetoricæ
LIBER PRIMUS.

Præmissa seu προκείμενα communia de Rhetoricâ.

CAP. I.

Προκείμενα *duo sunt, Unum, Quòd Rhetorica sit Dialecticæ similis, Partic.* 1. *unde Theorema, Rhetoricam quodam modo constare ex Analyticâ scientiâ, Par.* 13. *Alterum, Quòd Rhetorica sit utilis, Par.* 15. *Corollaria duo, Par.* 20. *&* 21.

Η ΡΗΤΟΡΙΚΗ ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ· ἀμφότεραι γὰρ περὶ τοιούτων τινῶν εἰσιν, ἃ κοινὰ, * τρόπον τινὰ ἁπάντων ἐστὶ γνωρίζειν, καὶ οὐδεμιᾶς ἐπιστήμης ἀφωρισμένης. Διὸ καὶ πάντες τρόπον τινὰ † μετέχουσιν ἀμφοῖν· πάντες γὰρ μέχρι τινὸς καὶ ἐξετάζειν καὶ ὑπέχειν λόγον, καὶ ἀπολογεῖσθαι καὶ κατηγορεῖν ἐγχειροῦσι. 2. Τῶν μὲν οὖν πολλῶν, οἱ μὲν, εἰκῇ ταῦτα δρῶσιν· οἱ δὲ, διὰ συνήθειαν ἀπὸ ἕξεως· ἐπεὶ δ' ἀμφοτέρως ἐνδέχεται, δῆλον ὅτι εἴη ἂν αὐτὰ καὶ ὁδοποιεῖν. Δι' ὃ γὰρ ἐπιτυγχάνουσιν, οἵ τε διὰ συνήθειαν, καὶ οἱ ἀπὸ ταὐτομάτου τὴν αἰτίαν θεωρεῖν ἐνδέχεται· τὸ δὲ τοιοῦτον, πάντες ἤδη ἂν ὁμολογήσαιεν, τέχνης ἔργον εἶναι. 3. Νῦν μὲν οὖν οἱ τὰς τέχνας τῶν λόγων συντιθέντες, ὀλίγον πεποιήκα-

* *Conjunge lib. Elench. ca. 11 par. 8.*

† *Vide ibid. p. 9.*

RHETORICA est [a] similis *naturâ facultati* Dialecticæ: Ambæ enim in ejusmodi qui busdam *rebus* versantur, quæ cùm communes *sint*, & nullius scientiæ definitæ, ab omnibus quodam modo notificari, possunt: Quamobrem etiam omnes quodam modo ambarum sunt participes: Omnes enim quadamtenùs & exquirere & sustinere rationem, & defendere & accusare aggrediuntur. 2. [b] Ac ex *imperitâ* quidem multitudine, alii temerè hæc exercent: alii *etiam* propter consuetudinem ex habitu: Quoniam verò *hæc* utroque modo *fieri* contingit, perspicuum *est* licere *hæc ipsa* etiam *certâ* methodo comprehendere. Cur enim utrique *id* consequantur *quod volunt*, tùm qui ob consuetudinem, tùm qui casu *hæc exercent*, causam intueri contingit; atqui tale *quiddam* jam artis esse munus, nemo non confitebitur. 3. Ac [c] hodiè quidem, qui artes orationum componunt, exiguam ipsius *methodi* particulam

a Quòd Rhetorica sit *facultas Dialecticæ similis*, ostendit; Quià Ambæ disputandi vim habent *de Quæstionibus communibus*; quas cunctis, etiam imperitis, quodammodo declarare, in promptu est:

b Et ambarum disputandi rationes, siquidem à vulgo hominum partim naturæ instinctu, partim usu vulgari exerceantur; ad methodum artificiosam reduci possunt: Et proinde ambæ *disputandi vim habent artificiosam.*

c Rhetoricæ autem ipsius (quò Dialecticæ similis sit) *artificium consistere in Fide*, docet per Refutationem veterum; qui similitudine hâc parum observatâ, duplici nomine lapsi sunt; tùm quòd nihil tradiderunt de Enthymematis, ex quibus constat pars orationis, quæ dicitur Fides:

lam confecerunt: Nam Fides, *quæ tertia est orationis pars*, artificiosa est solùm: Reliquæ verò *partes Proœmium, Narratio &c*, additamenta *quædam sunt*. Hi verò, de Enthymematibus quidem nihil dicunt, *id* quod est corpus Fidei; [d] de iis verò, quæ sunt extra rem, *& ad Proœmia, Narrationesq; &c. spectant*, ut plurimùm commentantur: 4. [e] Criminatio enim, & misericordia, & ira, & hujusmodi animi perturbationes, *quæ in Proœmiis & Narrationibus locum habent*, non de re sunt, sed ad Judicem *faciendum referuntur*: [f] Adeò ut si in omnibus Judiciis eveniret, quemadmodum & in nonnullis nunc evenit civitatibus, & maximè in iis, quæ sunt benè institutæ, nihil haberent *hi Rhetores* quod dicerent: Omnes enim, partim arbitrantur oportere sic leges cavere; partim etiam *hac lege* utuntur, & prohibent EXTRA REM dicere, sicut etiam in Areopago: rectè hoc statuentes: Non enim oportet Judicem pervertere, ad iram exacuendo, vel invidiam, vel misericordiam: Perinde enim *est*, ac siquis, quâ usurus est regulâ, eam reddiderit perversam. 5. [g] Præterea verò manifestum *est*, ejus qui controversatur, nullum *aliud officium* esse, nisi ut demonstret rem esse, vel non esse; aut factam, vel non factam esse: [h] *At* verò utrum magna, an parva; utrum justa an injusta, quæcunq; legislator non definivit, *hæc* ipsum profectò Judicem cognoscere oportet, & non discere à controversantibus. 6. [i] Ac maximè quidem convenit leges rectè conditas, quæcunq; contingunt, ipsasmet omnia definire, ac quàm paucissima potestati Judicum relinquere: [k] Primùm, quià facilius *est* unum habere, & paucos, quàm multos, qui prudentiâ præditi sunt; valeantq; leges scribere, & de causis decernere. 7. [l] Deinde, legum lationes, cùm multò *antè* tempore de rebus cogitârint, fiunt; at Judicia, cùm de repentè: Adeò ut difficile *sit* Judicibus, *unicuique* quod justum, & quod utile *sit*, *benè judicando*

d Tùm quòd de iis solis præceperunt, quæ extra rem sunt, &c. idque patet rationibus duabus:

e 1. *rat. ab iis quæ sunt extra rem & quæstionem*: Ea sunt concitatio affectuum, commendatio morum, &c. de quibus solis præcepta tradiderunt veteres.

f Unde ipsi, in Civitatibus bene gubernatis, quæ prohibent affectus commovere, & extra rem dicere, ex arte, quam prodiderunt, verbum facere non possent.

g 2. *rat. à re seu Quæstione*, quâ de agitur. *universim* enim, de re & facto, *An sit*, &, *An nocuit*, Oratoris solùm est disputare, ac docere; quod veteres illi omninò non attigerunt:

h De Magno autem & de Justo, *An tantum fecit, an injustè*; partim legislatoris est, definire; partim Judicis, per seipsum cognoscere.

i *Speciatim* vero, *Quæstiones de Magno & Parvo*, &c. magna ex parte à legislatore definiendæ sunt, pauca in potestate Judicis relinquenda: idque probat rat. tribus:

k *Prima à personis*, legislatorum sci. & Judicum.

l *Secunda à legibus & Judiciis ipsis*, eorumque [illegible]. leges enim diu cogitantibus feruntur, Judicia verò ex tempore.

σὺν αὐτῆς μόριον· αἱ γὰρ πίστεις, ἔντεχνόν ἐστι μόνον· τὰ δ' ἄλλα, προσθῆκαι. Οἱ δὲ, περὶ μὲν ἐνθυμημάτων, οὐδὲν λέγουσιν, ὅπερ ἐστὶ σῶμα τῆς πίστεως· περὶ δὲ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος, τὰ πλεῖστα πραγματεύονται. 4. Διαβολὴ γὰρ, καὶ ἔλεος, καὶ ὀργὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη τῆς ψυχῆς, οὐ περὶ τοῦ πράγματός ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸν δικαστήν· ὥς, εἰ περὶ πάσας ἦν τὰς κρίσεις, καθάπερ ἐν ἐνίαις τε νῦν ἐστι τῶν πόλεων, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς εὐνομουμέναις, οὐδὲν ἂν εἶχον ὅ,τι λέγωσιν. Ἅπαντες γὰρ, οἱ μὲν, οἴονται δεῖν οὕτω τοὺς νόμους ἀγορεύειν· οἱ δὲ, καὶ χρῶνται, καὶ κωλύουσιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, καθάπερ καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ· ὀρθῶς τοῦτο νομίζοντες· οὐ γὰρ δεῖ τὸν δικαστὴν διαστρέφειν, εἰς ὀργὴν προάγοντας, ἢ φθόνον, ἢ ἔλεον· ὅμοιον γὰρ κἂν, εἴ τις, ᾧ μέλλει χρῆσθαι κανόνι, τοῦτο ποιήσει στρεβλόν *. 5. Ἔτι δὲ φανερὸν, ὅτι τοῦ μὲν ἀμφισβητοῦντος οὐδέν ἐστιν ἔξω τοῦ δεῖξαι τὸ πρᾶγμα, ὅτι ἐστὶν ἢ οὐκ ἐστὶν, ἢ γέγονεν ἢ οὐ γέγονεν· εἰ δὲ μέγα ἢ μικρὸν, ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, ὅσα μὴ ὁ νομοθέτης διώρικεν, αὐτὸν δήπου τὸν δικαστὴν δεῖ γινώσκειν, καὶ οὐ μανθάνειν παρὰ τῶν ἀμφισβητούντων. 6. Μάλιστα μὲν οὖν προσήκει τοὺς ὀρθῶς κειμένους νόμους ὅσα ἐνδέχεται, πάντα διορίζειν αὐτοὺς, καὶ ὅτι ἐλάχιστα καταλείπειν ἐπὶ τοῖς κρίνουσι· πρῶτον μὲν, ὅτι ἕνα λαβεῖν, καὶ ὀλίγους ῥᾷον, ἢ πολλοὺς εὖ φρονοῦντας καὶ δυναμένους νομοθετεῖν καὶ δικάζειν. 7 Ἔπειθ', αἱ μὲν νομοθεσίαι, ἐκ πολλοῦ χρόνου σκεψαμένων γίνονται· αἱ δὲ κρίσεις, ἐξ ὑπογυίου· ὥστε χαλεπὸν ἀποδιδόναι τὸ δίκαιον καὶ συμφέρον, καλῶς τοὺς κρίνοντας.

* Conjun. 5. Ethic. ca. 14.

τας. 8. Τὸ δὲ πάντων μέγιστον, ὅτι ἡ μὲν τοῦ νομοθέτου κρίσις οὐ κατὰ μέρος, ἀλλὰ περὶ μελλόντων τε καὶ καθόλου ἐστίν· ὁ δ' ἐκκλησιαστὴς καὶ δικαστὴς ἤδη περὶ παρόντων καὶ ἀφωρισμένων κρίνουσι· πρὸς * οὓς καὶ τὸ φιλεῖν ἤδη καὶ τὸ μισεῖν, καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον (συνήρτηται) πολλάκις· ὥστε μηκέτι δύνασθαι θεωρεῖν ἱκανῶς τὸ ἀληθές, ἀλλ' ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει τὸ ἴδιον ἡδὺ ἢ λυπηρόν. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων, ὥσπερ † λέγομεν, δεῖ ὡς ἐλάχιστον ποιεῖν κύριον τὸν κριτήν. 9. Περὶ δὲ τοῦ γεγονέναι ἢ μὴ γεγονέναι, ἢ ἔσεσθαι ἢ μὴ ἔσεσθαι, ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι, ἀνάγκη ἐπὶ τοῖς κριταῖς καταλείπειν· οὐ γὰρ δυνατὸν ταῦτα τὸν νομοθέτην προϊδεῖν. 10. Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, φανερὸν ὅτι τὰ ἔξω τοῦ πράγματος τεχνολογοῦσιν, ὅσοι τἄλλα διορίζουσιν, οἷον τί δεῖ τὸ προοίμιον, ἢ τὴν διήγησιν ἔχειν, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον μορίων· οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἄλλο πραγματεύονται, πλὴν ὅπως τὸν κριτὴν ‖ ποιόν τινα ποιήσωσι· περὶ δὲ τῶν ἐντέχνων πίστεων οὐδὲν δεικνύουσι· τοῦτο δ' ἐστίν, ὅθεν ἄν τις γένοιτο ἐνθυμηματικός. 11. Διὰ γὰρ τοῦτο, τῆς αὐτῆς οὔσης μεθόδου περὶ τὰ δημηγορικὰ καὶ δικανικά, καὶ καλλίονος καὶ πολιτικωτέρας τῆς δημηγορικῆς πραγματείας οὔσης, ἢ τῆς περὶ τὰ συναλλάγματα, περὶ μὲν ἐκείνης οὐδὲν λέγουσι, περὶ δὲ τοῦ δικάζεσθαι πάντες πειρῶνται τεχνολογεῖν, ὅτι ἧττόν ἐστι πρὸ ἔργου τὰ ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν ἐν τοῖς δημηγορικοῖς· καὶ ἧττόν ἐστι κακοῦργον ἡ δημηγορία δικολογίας, ἀλλὰ κοινότερον. 12. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ὁ κριτὴς περὶ τῶν οἰκείων κρίνει· ὥστ' οὐδὲν ἄλλο δεῖ, πλὴν ἀποδεῖξαι, ὅτι οὕτως ἔχει, ὥς φησιν

* Conjun. 3. Politic. ca. 16.

† Par. 6.

‖ conjun. lib. Categ. c. 8 par. 1.

tribuere. 8. [m] Ex omnibus autem illud maximum *est*, quòd legislatoris quidem judicium, non est de *rebus* singularibus, nec de præsentibus, sed de iis quæ & futuræ sunt & universales; at concionalis auditor & Judex, sanè de præsentibus ac definitis judicant; ad eosque & diligere utique, & odio prosequi, & propria utilitas adjuncta sæpenumerò est: adeo ut non ampliùs possint perspicere satis *id* quod verum est, sed obscuret judicium propria jucunditas, vel molestia. Ac de aliis quidem *quæstionibus*, quemadmodum dicebamus, oportet quàm *potest*, paucissima Judicum authoritati permittere. 9. [n] Verùm de *quæstionibus*, An factum sit aut non factum; An futurum aut non futurum; An sit aut non sit; *hæc* judicis sententiæ relinquere necesse *erit*: Non enim fieri potest, ut hæc legislator provideat. 10. [o] Jam si hæc ita *se* habeant, manifestum *est* ea quæ *sunt* extra rem, *Magistros illos* præcipere, quicunque alias *orationis partes præter Fidem* delineant: veluti; quid oporteat Procemio, aut Narrationi inesse, & reliquarum unicuique particularum: Nihil enim in ipsis aliud *accuratè* tradunt, nisi ut Judicem cujusdammodi efficiant; de artificiosâ verò fide, nihil ostendunt; hoc est, unde aliquis fieri Enthymematicus possit: 11. [p] Hac enim de causâ, cùm eadem sit methodus de Orationibus deliberativis, & Judicialibus; sitque pulchrior ac civilior Deliberationis traditio, quàm *ea* quæ de contractibus *est*; de illa tamen nihil dicunt *hi rhetores*, *de causis* autem judicandis omnes conantur artem *& præcepta* tradere; [q] *propterea* quòd minùs prodest, ea quæ sunt extra rem dicere in deliberativis: ac in Concione *verba facere*, minus malitiosum *quiddam est*, quàm disceptatio de jure, magisque ad res communes *utilis*: 12. [r] Hic enim disceptator de *suis &* propriis rebus judicat, ut nihil aliud opus fuerit, nisi demonstrare *rem* ita *se* habere, ut ait *is*

m *Tertia à rebus*, de quibus leges & Judicia fiunt.

n *Quæstiones verò de facto, & de damno*, oportet omninò sententiæ Judicis remittere.

o Ex dictis part. 4. 5. & sequ. concludit contra veteres: eos cum procemia, narrationes, & epilogos, fide ipsâ prætermissâ, adornârint; illa duntaxat, quæ extra quæstionem sunt, expoliisse.

p Expositus error veterum peperit aliud in ipsis vitium; nempe, ut suis methodis, relictâ Inventione Deliberativâ in Judiciali solâ laborarent:

q Consilium eorum id fuit; quia in Deliberativo genere nihil valet, ea quæ sunt extra rem, afferre: minùsque fallaciarum usus est, quam in Judiciali:

r In deliberationibus enim, sat est, ostendere rem esse utilem.

qui consilium dat: [f] In Judicialibus verò, id non sat *est*, sed è re *dicentis* fuerit, reficere auditorem (siquidem de *rebus* alienis judicium *fit*:) adeò ut *Judices*, dum sua *commoda* spectant, & ad gratiam *ac voluptatem* audiant; *in ferendâ sententiâ*, *cuncta* largiantur iis qui controversantur, non autem *verè* judicent: [t] Quamobrem etiam multis *in judiciis*, ut etiam priùs dixi, lex prohibet Extra rem dicere: Illic verò, *in Deliberativis*, disceptatores hoc *per se* satis observant, *ut nullâ lege sit opus*. ¶ 13. [v] Quoniam verò, manifestum est artificiosam *dicendi* methodum ad Fidem pertinere: Fides autem demonstratio quædam est: (Tunc enim *Oratori* fidem habemus maximè, cùm demonstratum esse arbitremur) Demonstratio autem Oratoria, est enthymema: Atque hoc quidem, est probationum *omnium*, ut simpliciter dicam, potentissima: [x] Enthymema autem, *est* syllogismus quidam: Quæ verò ad syllogismum similitèr omnem *tam probabilem quàm sophisticum pertinent*, Dialecticæ est videre, vel ipsius universæ, vel partis alicujus: [z] Non *est* dubium, qui maximè hoc potest intueri, ex quibus *propositionibus*, & quomodo fiat syllogismus, cum etiam enthymematicum esse maximè posse; [a] cùm assumpserit, tùm in cujusmodi *rebus* versentur enthymemata, tùm quas habeant differentias ad Logicos syllogismos. 14. [b] Nam & verum, & simile vero, ejusdem est facultatis videre: [c] Simul autem & homines ad verum naturâ conformati sunt satis, & plærunque consequuntur veritatem. [d] Quamobrem *qui* probabilia rectè *& artificiosè* tenere *potest*, similitèr *se* habet, ac *is qui* veritatem consequi. [e] Ac alios quidem ea quæ sunt extra rem præcipere, [f] & quâ de causâ magis deflexerint ad juris disceptationem, *ex antedictis* manifestum *est*. ¶ 15. [g] Utilis autem est Rhetorica, propterea quòd naturâ meliora sunt vera & justa, quàm contraria: Quare, nisi prout convenit, Ju-

ὁ συμβάλλων· ἐν δὲ τοῖς δικανικοῖς, οὐχ ἱκανὸν τοῦτο, ἀλλὰ πρὸ ἔργου ἐστὶν ἀναλαβεῖν τὸν ἀκροατήν· περὶ ἀλλοτρίων γὰρ ἡ κρίσις· ὥστε, πρὸς τὸ αὐτῶν σκοπούμενοι καὶ πρὸς χάριν ἀκροώμενοι, διδόασι τοῖς ἀμφισβητοῦσιν, ἀλλ' οὐ κρίνουσι· διὸ καὶ πολλαχοῦ, ὥσπερ καὶ πρότερον εἶπον*, ὁ νόμος κωλύει λέγειν ἔξω τοῦ πράγματος· ἐκεῖ δ' αὐτοὶ οἱ κριταὶ τοῦτο τηροῦσιν ἱκανῶς. ¶ 13. Ἐπεὶ δὲ φανερόν ἐστιν, ὅτι ἡ μὲν ἔντεχνος μέθοδος περὶ τὰς πίστεις ἐστίν· ἡ δὲ πίστις, ἀπόδειξίς τις· τότε γὰρ πιστεύομεν μάλιστα, ὅταν ἀποδεδεῖχθαι ὑπολάβωμεν· ἔστι δὲ ἀπόδειξις ῥητορικὴ, ἐνθύμημα· καὶ ἔστι τοῦτο, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κυριώτατον τῶν πίστεων· τὸ δὲ ἐνθύμημα, συλλογισμός τις· περὶ δὲ συλλογισμοῦ ὁμοίως ἅπαντος, τῆς διαλεκτικῆς ἐστιν ἰδεῖν, ἢ αὐτῆς ὅλης, ἢ μέρους τινός· δῆλον δ' ὅτι ὁ μάλιστα τοῦτο δυνάμενος θεωρεῖν, ἐκ τίνων, καὶ πῶς γίνεται συλλογισμὸς, οὗτος καὶ ἐνθυμηματικὸς ἂν εἴη μάλιστα, προσλαβὼν περὶ ποῖά τέ ἐστι τὰ ἐνθυμήματα, καὶ τίνας ἔχει διαφορὰς πρὸς τοὺς λογικοὺς συλλογισμούς. 14. Τό, τε γὰρ ἀληθὲς, καὶ τὸ ὅμοιον τῷ ἀληθεῖ, τῆς αὐτῆς ἐστὶ δυνάμεως ἰδεῖν· ἅμα δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸ ἀληθὲς πεφύκασιν ἱκανῶς†, καὶ τὰ πλείω τυγχάνουσι τῆς ἀληθείας· διὸ πρὸς τὰ ἔνδοξα στοχαστικῶς ἔχειν, τοῦ ὁμοίως ἔχοντος καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειάν ἐστιν. Ὅτι μὲν οὖν τὰ ἔξω τοῦ πράγματος καὶ οἱ ἄλλοι τεχνολογοῦσι, καὶ διότι μᾶλλον ἀπονενεύκασι πρὸς τὸ δικολογεῖν φανερόν. ¶ 15. Χρήσιμος δέ ἐστιν ἡ ῥητορικὴ†, διά τε τὸ φύσει εἶναι κρείττω τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια, τῶν ἐναντίων· ὥστε

f In Judiciis verò, sæpè propriis causæ rebus neglectis, præstat conciliare sibi Judicem: qui quidem, cùm aliorum res, non sua ipsius, agitur, jure bonoque neglecto, eò animum intendit, unde affulget spes commodi:

t Hinc digressiones extra causam, in Judiciis, lege prohibitæ.

u *Ex hactenus dictis Theorema* (Quòd Rhetorica consistat quodammodo ex Syllogisticâ seu Analyticâ scientiâ) sic colligitur. Cùm enim constet, Rhetoricæ artificium consistere in fide Enthymematicâ:

y Et Enthymema sit species quædam syllogismi sc. Dialecticus:

z Sequitur, qui Syllogisticam scientiam tenet, in genere; eum hoc præsidio fretum, facilè enthymematicam seu Oratoriam fidem posse acquirere:

a Ita nimirùm; si Enthymemata Oratoria distinxerit à syllogismis Dialecticis; id quod faciet noster cap. 2. par. 16.

b Confirmatur dictum ex eo, quia verum syllogisticum consideratur ab eadem facultate, quâ verisimile Oratorium; sc. ab Analyticâ;

c Et omnes homines ad verum illud indagandum, satis suapte natura parati sunt.

d Unde probabile Oratorium artificiosè intueri, idem fere est, ac verum syllogisticum cognoscere.

e Epilogus dictorum par. 4. &c.

f Et par. 11. & 12.

g *Quòd Rhetorica sit utilis*, probat contra sophistas, &c. 1. *Ab incommodo in Judiciis*: Absque hujus enim ope, vera & æqua, ob infantiam Oratoris, superantur à contrariis.

* *Par* 4.

† *Conjunge Metaphys. l. 1. c. 1.*

|| *Conjun. Rhetor. ad Alex. c. 1.*

ὥστε ἐὰν μὴ κατὰ τὸ προσῆκον αἱ κρίσεις γίγνωνται, ἀνάγκη δι' αὐτῶν ἡττᾶσθαι· τοῦτο δ' ἐστὶν ἄξιον ἐπιτιμήσεως. 16. Ἔτι δὲ πρὸς ἐνίους, οὐδ' εἰ τὴν ἀκριβεστάτην ἔχοιμεν ἐπιστήμην, ῥᾴδιον ἀπ' ἐκείνης πεῖσαι λέγοντας· διδασκαλίας γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν ἐπιστήμην λόγος, τοῦτο δὲ ἀδύνατον, ἀλλ' ἀνάγκη διὰ τῶν κοινῶν ποιεῖσθαι τὰς πίστεις καὶ τοὺς λόγους· ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς τοπικοῖς ἐλέγομεν * περὶ τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐντεύξεως. 17. Ἔτι δὲ, τἀναντία δεῖ δύνασθαι πείθειν καθάπερ καὶ ἐν τοῖς συλλογισμοῖς· οὐχ ὅπως ἀμφότερα πράττωμεν· οὐ γὰρ δεῖ τὰ φαῦλα πείθειν· ἀλλ' ἵνα μήτε λανθάνῃ πῶς ἔχει, καὶ ὅπως ἄλλου χρωμένου τοῖς λόγοις αὐτοῖς μὴ δικαίως, λύειν ἔχωμεν· τῶν μὲν οὖν ἄλλων τεχνῶν οὐδεμία τἀναντία συλλογίζεται· ἡ δὲ διαλεκτικὴ καὶ ἡ ῥητορικὴ, μόναι τοῦτο ποιοῦσιν· ὁμοίως γάρ εἰσιν ἀμφότεραι τῶν ἐναντίων· τὰ μέντοι ὑποκείμενα πράγματα οὐχ ὁμοίως ἔχει, ἀλλ' αἰεὶ τἀληθῆ καὶ τὰ βελτίω τῇ φύσει εὐσυλλογιστότερα καὶ πιθανώτερα, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν. 18. Πρὸς δὲ τούτοις, ἄτοπον, εἰ τῷ σώματι μὲν αἰσχρὸν, μὴ δύνασθαι βοηθεῖν ἑαυτῷ, λόγῳ δὲ οὐκ αἰσχρόν· ὃ μᾶλλον ἴδιόν ἐστιν ἀνθρώπου τῆς τοῦ σώματος χρείας. 19. Εἰ δὲ, ὅτι μεγάλα βλάψειεν ἂν ὁ χρώμενος ἀδίκως τῇ τοιαύτῃ δυνάμει τῶν λόγων, τοῦτό τε κοινόν ἐστι κατὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν, πλὴν ἀρετῆς, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν χρησιμωτάτων, οἷον ἰσχύος, ὑγιείας, πλούτου, στρατηγίας· τούτοις γὰρ ἄν τις ὠφελήσειε τὰ μέγιστα, χρώμενος δικαίως· καὶ βλάψειεν, ἀδίκως. ¶ 20. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν, οὔτε ἑνός

* Topic. l. c. 2. p. 4.

dicia exerceantur, necesse est, meliora per ipsa *contraria* superari: Hoc autem *est* reprehensione dignum 16.[h] Præterea verò, apud nonnullos, quamvis exquisitissimam haberemus rei scientiam, nequaquam *tamen* facile *esset*, per illam persuadere dicendo: Disciplinæ namque *erudita* est illa, quæ à scientia *proficiscitur*, oratio: Hoc autem fieri non potest, *ut eruditiori disciplinâ persuadeatur indoctis*; [i] sed necesse *est* ex communibus ducere fidem, & rationes: quemadmodum in Topicis dicebamus de collocutione cum imperitâ hominum multitudine. 17.[k] Deinde verò oportet contraria posse persuadere, quemadmodum etiam in syllogismis Dialecticis, non quò utraque faciamus (non enim oportet mala persuadere;) sed ut [l] neq; lateant quomodo *illa se* habent; &, [m] cùm alius rationibus ipsis utatur minùs rectè, *easdem nos* solvere possimus. [n] Ac aliarum quidem artium nulla syllogismo res contrarias concludit: Dialectica verò & Rhetorica solæ id faciunt: Æquè enim sunt ambæ contrariorum: [o] Quanquam res *iisdem* subjectæ non æquè *se* habent, sed semper veræ, & meliores naturâ aptiores *sunt*, ut syllogismo confirmentur, &, ut simpliciter dicam, magis idoneæ *sunt* ad persuadendum, *quàm contrariæ*. 18. [p] Adhæc, absurdum est, si corpore quidem turpe *sit*, non posse opitulari sibi ipsi *quenquam*; Oratione verò *non posse*, turpe non *sit*, quæ magis propria est hominis, quàm *ipse* corporis usus. 19. [q] Si verò *objiciat quis*, valdè læsurum esse *eum*, qui hujusmodi dicendi facultate injustè utatur: hoc *crimen* commune *profectò* est & adversus omnia bona præter virtutem *moralem*; & maximè adversus utilissima: velut robur, valitudinem, divitias, disciplinam militarem: His enim profuerit quis maximè, si utatur justè; nocuerit, si injustè. ¶ 20. [r] Ac neque esse quidem alicujus generis definiti Rhetoricam,

h *Secunda rat. ab Auditoribus imperitis*; apud quos subtilis & erudita oratio à principiis alicuius scientiæ profecta, minimè fidem facit; quia principia illa nondum iis sunt comperta:

i Sed oportet apud illos pervulgatâ uti ratione, & argumentis, quæ ex communibus ducuntur; qualia sunt ex hac arte perdiscenda.

k *Tertia rat. à facultate disputandi in utramque partem*: quæ duplicis commodi causâ, paranda nobis est;

l *Primum est*, ut, quomodo res malæ confirmentur, scias:

m *Alterum*, ut fallaces rationes reprehendere, & confutare valeas.

n Hanc autem facultatem à nulla alia arte habemus, præterquam à Dialecticâ & Rhetoricâ: Quippe quæ ambæ simili modo versantur circa res contrarias:

o Tametsi res iisdem subjectæ simili modo se non habeant: siquidem pars melior semper faciliùs ab Oratore defenditur, &c.

p *Quarta rat. à turpi per collationem*: Si enim ignavus sit is, qui vim vi depellere non potest, quod est corporis: certè & is meritò contemnendus, qui accuratæ alterius orationi resistere nescit, &c.

q Criminatio Rhetoricæ (quòd per eam homines improbi reip. detrimenta importent: & proinde periculosam esse) Solvitur; id enim non rei, seu facultatis vitium esse; sed hominum, qui perversè preclara hâc arte uterentur.

r Epilog, dictor. à par. 1.

toricam,

toricam, sed *talem*, qualis *est* Dialectica, [f] & utilem esse, ex *dictis* manifestum *est*. [t] Neque etiam Persuadere esse munus ipsius, sed videre, quæcunque apposita sint ad persuadendum in quâque re; quemadmodum etiam fieri constat in aliis artibus omnibus: Neque enim medicinæ *est*, sanum facere, sed quousque *fieri* contingit, eousque perducere: Licet enim etiam illos, qui recuperare non possunt sanitatem, *tamen* curare benè. ¶ 21. [u] Adhæc, ejusdem esse *facultatis*, tùm appositum ad persuadendum, tùm quod apparet appositum, videre; *ut* etiam in Dialecticâ, tùm syllogismum, tùm *qui* apparet syllogismus: Sophistica enim non est in facultate, sed in præelectione: [x] tamen hic quidem, *in Rhetoricâ*, alius erit orator secundum scientiam, alius verò secundum præ-electionem: Ibi verò, *in Dialecticâ*, Sophista quidem, secundum præelectionem; Dialecticus autem, non secundum præelectionem, sed secundum facultatem.

f Et à par. 15.
t *Subtexuntur antedictis corollaria duo: Primum, Rhetoricam esse artem στοχαστικὴν*: officium enim ipsius non esse persuadere (ut putavit Gorgias apud Platon:) sed omnia omninò videre, quæ ad persuadendum faciunt: Persuadere autem, esse finem ab hoc officio diversum.
u *Secundum Corollar: contra Hippiam minor*: apud Platon: Similem etiam hac ex parte Rhetoricam esse Dialecticæ: quod est appositum ad persuadendum, sicut Dialectica; sed illud etiam, quod videtur appositum, sicut Sophistica:
x Differt tantùm nominibus tenùs; In Dialectica enim, alter Dialecticus, alter Sophista dicitur: In Rhetoricâ, ambo Oratores appellantur.

νός τινος γένους ἀφωρισμένος ἡ ῥητορική, ἀλλὰ καθάπερ ἡ διαλεκτική· καὶ ὅτι χρήσιμος, φανερόν· καὶ ὅτι οὐ τὸ πεῖσαι ἔργον αὐτῆς*, ἀλλὰ τὸ ἰδεῖν τὰ ὑπάρχοντα πιθανὰ περὶ ἕκαστον, καθάπερ καὶ ἐν τῇ ἄλλαις τέχναις πάσαις· οὐδὲ γὰρ ἰατρικῆς, τὸ ὑγιᾶ ποιῆσαι, ἀλλὰ μέχρις οὗ ἐνδέχεται, μέχρι τούτου προαγαγεῖν· ἔστι γὰρ καὶ τοὺς ἀδυνάτους μεταλαβεῖν ὑγιείας, ὅμως θεραπεῦσαι καλῶς. ¶ 21. Πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τῆς αὐτῆς, τό, τε πιθανὸν καὶ τὸ φαινόμενον ἰδεῖν πιθανόν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς διαλεκτικῆς συλλογισμόν τε καὶ φαινόμενον συλλογισμόν· ἡ γὰρ σοφιστικὴ οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει· πλὴν ἐνταῦθα μὲν ἔσται, ὁ μὲν, κατὰ τὴν ἐπιστήμην· ὁ δὲ, κατὰ τὴν προαίρεσιν, ῥήτωρ· ἐκεῖ δὲ, σοφιστὴς μὲν, κατὰ τὴν προαίρεσιν, διαλεκτικὸς δὲ, οὐ κατὰ τὴν προαίρεσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν δύναμιν.

* Conjunge 1. Top. c. 3.

Quid sit Rhetorica: & Fides Quotuplex.

Cap. II.

Definitio Rhetoricæ, part. 1. *Fides duplex Artificiosa & artis expers, p.* 2. *Artificiosa triplex, Morata; affecta; argumentosa, à pa.* 3. *Argumenta sunt Enthymema & exemplum, quorum collationes proponit duas. Unam, cum syllog. & Inductione Dialecticâ, par.* 9. *Alterum cum syllog. & inductione in genere, penes formam Analyticam, par.* 10. *Easque fusiùs exponit, Priorem quidem à par.* 13. *Posteriorem à part.* 17.

Jam verò de ipsa methodo conemur dicere, & Quomodo, & ex quibus poterimus consequi ea quæ præmiserimus. [b] Rursus igitur, veluti de integro *ordientes*, *cùm* definiverimus ipsam, Quid sit, reliqua dicamus. Sit igitur Rhetorica, facultas de quaque re videndi, quod contingit esse idoneum ad faciendam fidem: [d] Hoc enim nullius alterius est artis munus: [e] cæterarum enim *artium* unaquæque, circa rem ipsi subjectam exercet vim docendi & persuadendi:

a Propositio communis eorum, quæ in sequentibus dicentur,
b Et specialis eorum quæ in hoc capite.
c Præmissâ igitur definitione Rhetoricæ, qua ab ipsius officio sumitur
d Et explicatur per distinctionem ab aliis artibus omnibus:
e Ille enim circa proprias res suas singula versantur: i. affectione tractant demonstrati ve

Περὶ δὲ αὐτῆς ἤδη τῆς μεθόδου πειρώμεθα λέγειν, πῶς τε καὶ ἐκ τίνων δυνησόμεθα τυγχάνειν τῶν || προκειμένων· πάλιν, οὖν, οἷον ἐξ ὑπαρχῆς ὁρισάμενοι αὐτὴν τίς ἐστι, λέγωμεν τὰ λοιπά. Ἔστω δὲ ἡ ῥητορική, δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν· τοῦτο γὰρ οὐδεμιᾶς ἑτέρας ἐστὶ τέχνης ἔργον· τῶν γὰρ ἄλλων ἑκάστη περὶ τὸ αὑτῇ ὑποκείμενόν ἐστι διδασκαλικὴ καὶ πειστική. οἷον

ἰατρική

|| Cap. 1. p. 1. &c.

ἰατρικὴ, περὶ ὑγιεινὸν καὶ νοσερόν· καὶ γεωμετρία, περὶ τὰ συμβεβηκότα πάθη τοῖς μεγέθεσι· καὶ ἀριθμητικὴ, περὶ ἀριθμόν· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν· ἡ δὲ ῥητορικὴ, περὶ τοῦ δοθέντος, ὡς εἰπεῖν, δοκεῖ δύνασθαι θεωρεῖν τὸ πιθανόν. Διὸ καὶ φαμὲν * αὐτὴν, οὐ περί τι γένος ἴδιον ἀφωρισμένον † ἔχειν τὸ τεχνικόν ||. ¶ 2. Τῶν δὲ πίστεων, αἱ μὲν ἄτεχνοί εἰσιν, αἱ δὲ ἔντεχνοι. Ἄτεχνα δὲ λέγω, ὅσα μὴ δι' ἡμῶν πεπόρισται, ἀλλὰ προϋπῆρχεν· οἷον, μάρτυρες, βάσανοι, συγγραφαὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἔντεχνα δὲ, ὅσα διὰ τῆς μεθόδου καὶ δι' ἡμῶν κατασκευασθῆναι δυνατόν· ὥστε δεῖ τούτων, τοῖς μὲν, χρήσασθαι· τὰ δὲ, εὑρεῖν. ¶ 3. Τῶν δὲ διὰ τοῦ λόγου πορισαμένων πίστεων τρία εἴδη ἐστίν· αἱ μὲν γάρ, εἰσιν ἐν τῷ ἤθει τοῦ λέγοντος· αἱ δὲ, ἐν τῷ τὸν ἀκροατὴν διαθεῖναί πως· αἱ δὲ, ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ, διὰ τοῦ δεικνύναι, ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι. 4. Διὰ μὲν οὖν τοῦ ἤθους, ὅταν οὕτω λεχθῇ ὁ λόγος, ὥστε ἀξιόπιστον ποιῆσαι τὸν λέγοντα. τοῖς γὰρ ἐπιεικέσι πιστεύομεν μᾶλλον καὶ θᾶττον, περὶ πάντων μὲν, ἁπλῶς· ἐν οἷς δὲ τὸ ἀκριβὲς μὴ ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἀμφιδοξεῖν, καὶ παντελῶς· δεῖ δὲ καὶ τοῦτο συμβαίνειν διὰ τὸν λόγον, ἀλλὰ μὴ διὰ τὸ προσδεδοξάσθαι ποιόν τινα εἶναι τὸν λέγοντα· οὐ γάρ, ὥσπερ ἔνιοι τῶν τεχνολογούντων τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ τὴν ἐπιείκειαν τοῦ λέγοντος, ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην πρὸς τὸ πιθανόν· ἀλλὰ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἦθος. 5. Διὰ δὲ τῶν ἀκροατῶν, ὅταν εἰς πάθος ὑπὸ τοῦ λόγου προαχθῶσιν· οὐ γὰρ ὁμοίως ἀποδίδομεν τὰς κρίσεις λυ-

* Cap. 1.
† p. 1.
|| p. 2.

velut Medicina circa sanabile & morbosum; & Geometria circa affectiones quæ accidunt magnitudinibus; & Arithmetica circa numerum: Similitèr verò etiam reliquæ artes & scientiæ: [f] At Rhetorica de *quaque* re datâ, ut ita dicam, videtur posse intueri, quod appositum est ad faciendam fidem. Quamobrem etiam affirmamus, ipsam non circa aliquod proprium *ac* definitum genus habere *vim* artificiosam. ¶ 2. [g] Fides autem, una non artificiosa est, altera artificiosa. [h] *Rationes* non artificiosas voco, quæcunque non à nobis excogitatæ sunt, sed ante extabant; velut testes, quæstiones, Syngraphæ, & quæcunque *sunt* hujusmodi. [i] Artificiosas verò, quæcunque ut methodo *& operâ nostrâ* comparentur, fieri potest: Quare oportebit, illis quidem uti, has verò etiam invenire. ¶ 3. [k] Ac ejus *quæ* ratione excogitatur, fidei species tres sunt: nam una consistit in moribus ejus qui dicit: altera in eo, ut auditor aliquo modo affectus sit: tertia in ipsa ratione, eò quòd quis verè ostendat, vel appareat ostendere. 4. [l] Atque ob mores quidem, quoties ita prolata fuerit oratio, ut fide dignum reddiderit *eum*, qui dicit: [m] Probis enim magis & celeriùs credimus, simpliciter quidem, *ac generatim* in omnibus *rebus*; in *iis* verò, in quibus exacta *cognitio* non inest, verùm opinio dubia, etiam præcipuè: [o] Oportet verò etiam id accidere propter orationem, sed non quia anticipatum fuerit opinione, cujusdam modi esse eum, qui dicit: [p] Non enim *sentiendum nobis est*, sicut quidam Dicendi *magistri* in arte suâ ponunt etiam probitatem ipsius Dicentis; quasi *morata ejus oratio* nihil conferat *ad id*, *quod* ad fidem *est* appositum; sed *ea* propemodùm, ut ita dicam, potentissimam continet fidem. 5. [q] Ob auditores autem *fit fides*, quoties in affectum, orationis *vi* perducti fuerint: non enim similitèr judicamus dùm mœremus, atque *dum*

illas; quæ singulis ipsarum sunt propriæ. Ut inductione liquet.

f Rhetorica autem è contra circa quamlibet quæstionem vim suam exercet: id contemplando, quod ad illam adstruendam vel evertendam faciat.

g Fidei oratoriæ genera colliguntur per distinctiones tres: *Prima distinct: Fides* alia arteficialis; alia artis expers.

h Artis expers fides, quæ.

i Artificialis, quæ.

k *Secunda dist. Fides artificialis triplex*: Morata, Affecta, & Argumentosa.

l *Morata Fides*, est quæ tales dicentis mores exprimit, ut falsa illum dicere, qui audiunt, nullo modo putent:

m Ratio definitionis; Citò enim facileque assentimur iis, quos viros bonos sanctosque esse autumamus:

o Bona autem de moribus dicentis æstimatio excitari debet oratione ejus artificiosâ; non necessario autem ex vita illius anteacta:

p Hallucinati enim sunt veteres, qui præceptum hoc quasi necessarium posuerunt; ut qui dicit, sit vir probus: cum tamen satis oratori sit, si ad tempus boni viri personam oratione suâ sibi affinxerit.

q *Affecta fides*, est quæ motus eos, quos causâ requirit, in auditorum animis excitat: Rat: variatis enim animorum motibus, variantur etiam judicia.

dùm gaudemus; neque *dùm* amamus ac *dùm* odio habemus: [r] Qua de re etiam solâ affirmamus conari præcepta tradere eos, qui nunc artem conscribunt. Ac de his quidem singulis, apertè agetur, cum de affectibus dicemus. 6. [s] Ob rationes verò fidem habent; cùm verum, aut *id* quod *specie tenus* apparet, ostenderimus ex iis, quæ in quibusque *rebus sunt apposita* ad persuadendum. 7. [t] Quoniam verò fides ex his est, manifestum *est* tria hæc consequi, esse *ejus*, qui concludere syllogismo poterit & qui speculari de moribus ac virtutibus, & tertio *loco*, qui de affectibus; *nempe* & quid unusquisque affectuum sit, & quale quid; atque ex quibus *auditori* inferatur, & quomodo: Unde colligitur, Rhetoricam, velut agnatu quiddam esse Dialecticæ, & ejus quæ de moribus est, tractationis, quam justum est appellare Civilem. 8. [u] Quamobrem etiam *vafrè* subit personam civilis *scientiæ* Rhetorica: & * qui *sibi* vendicant hanc *Rhetores, iniquè eam vendicant*, partim quidem, propter ignorantiam; partim verò, propter ostentationem; partim etiam propter alias causas humanas: [x] Est enim particula quædam Dialecticæ, & effigies, quemadmodum etiam exordientes dicebamus: de re enim definitâ neutra ipsarum est scientia, *quæ tradat*, quomodo *res illa* se habeat; sed facultates quædam sunt parandi rationes. Ac de facultate quidem ipsarum, & quomodo se habeant inter se, dictum est propemodum satis. ¶ 9. [y] Quæ verò *cernuntur in eo*, quòd ratione ostendant, vel specie tenus appareant ostendere; quemadmodum etiam in Dialecticis; *eorum* quidem unum, Inductio est; alterum autem, syllogismus; quoddam verò, qui apparet syllogismus: ita hic quoq; similitèr *se res habet*: nam exemplum, est inductio; Enthymema, Syllogismus *est*. [z] Ac Enthymema. quidèm voco, oratorium syllogismum; Ex.

πούμενοι καὶ χαίροντες, ἢ φιλοῦντες, καὶ μισοῦντες· πρὸς ὃ καὶ μόνον πειρᾶσθαι φαμὲν * πραγματεύεσθαι τοὺς νῦν τεχνολογοῦντας. Περὶ μὲν οὖν τούτων δηλωθήσεται καθ' ἕκαστον, ὅταν περὶ τῶν παθῶν λέγωμεν †. 6. Διὰ δὲ τῶν λόγων πιστεύουσιν, ὅταν ἀληθὲς ἢ φαινόμενον δείξωμεν, ἐκ τῶν περὶ ἕκαστα πιθανῶν. 7. Ἐπεὶ δ' αἱ πίστεις διὰ τούτων εἰσί, φανερὸν ὅτι ταῦτα τρία ἐστὶ λαβεῖν, τοῦ συλλογίσασθαι δυναμένου, καὶ τοῦ θεωρῆσαι τὰ περὶ τὰ ἤθη, καὶ τὰς ἀρετάς, καὶ τρίτον τὰ περὶ τὰ πάθη, τί τε ἕκαστόν ἐστι τῶν παθῶν, καὶ ποῖόν τι, καὶ ἐκ τίνων ἐγγίνεται, καὶ πῶς· ὥστε συμβαίνει τὴν ῥητορικήν, οἷον παραφυές τι τῆς διαλεκτικῆς εἶναι, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πραγματείας, ἣν δίκαιόν ἐστι προσαγορεύειν πολιτικήν. 8. Διὸ καὶ ὑποδύεται ὑπὸ τὸ σχῆμα τὸ τῆς πολιτικῆς ἡ ῥητορική· καὶ οἱ ἀντιποιούμενοι ταύτης, τὰ μὲν, δι' ἀπαιδευσίαν· τὰ δὲ, καὶ δι' ἀλαζονείαν· τὰ δὲ, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας ἀνθρωπικάς· ἔστι γὰρ μόριόν τι τῆς διαλεκτικῆς καὶ ὁμοίωμα, καθάπερ καὶ ἀρχόμενοι εἴπομεν ||· περὶ οὐδενὸς γὰρ ὡρισμένου οὐδετέρα αὐτῶν ἐστὶν ἐπιστήμη, πῶς ἔχει, ἀλλὰ δυνάμεις τινὲς τοῦ πορίσαι λόγους· περὶ μὲν οὖν τῆς δυνάμεως αὐτῶν, καὶ πῶς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας, εἴρηται σχεδὸν ἱκανῶς. ¶ 9. Τῶν δὲ διὰ τοῦ δεικνύναι ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς, * τὸ μὲν, ἐπαγωγή ἐστι· τὸ δὲ, συλλογισμός· τὸ δὲ, φαινόμενος συλλογισμός· καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως· ἔστι γὰρ τὸ μὲν παράδειγμα, ἐπαγωγή· τὸ δὲ ἐνθύμημα, συλλογισμός. Καλῶ δὲ, ἐνθύμημα μὲν, ῥητορικὸν συλλογισ-

* Cap. 1. pa. 3.

† Lib. 2. cap. 2. & sequent.

|| Cap. 1. pa. 1.

*Topic. 1 cap. 10. pa. 1.

r Hoc genus fidei magistri veteres tradiderunt, quo animi commoverentur; cæteras rationes faciendæ fidei omiserunt.

s *Argumentosa fides*, est quæ argumentis ex re ipsa petitis nititur &c.

t Ex tribus his fidei oratoriæ generibus explicatis, Theorema deducit: Rhetoricam esse naturâ affinem tùm Dialecticæ facultati, propter argumenta; tùm Philosophiæ morali, propter mores, & affectus.

u Illustratio utriùsq; membri; Hinc enim Rhetorica, quamvis inferiorem se videt; politica tamen videri vult: & * Rhetores nonnulli, præcepta se de civitatibus regendis tradere profitebantur, &c. Sed hæc vafrè & iniquè.

x Rhetorica enim non est politica scientia; sed potiùs effigies & simulachrum quoddam Dialecticæ: uti dixi ca. 1. Hæ enim ambæ nullius rei definitæ naturam quærunt, quod facit Politica: sed viam tantùm docent, rem argumentis confirmandi, vel evertendi.

y *Tertia Distinctio*; *Fidei Argumentosæ duo genera*; *Enthymema & exemplum*: Horum Collationes proponit duas; *Unam cum Syllogismo & Inductione Dialectica*: Hæc enim cum illis ità conveniunt, ut Enthymema sit syllogismus; & exemplum Inductio.

z Sed tamen ab iisdem differunt: siquidem

λογισμόν· παράδειγμα δὲ, ἐπαγωγὴν ῥητορικήν. ¶ 10. Πάντες δὲ τὰς πίστεις ποιοῦνται διὰ τοῦ δεικνύναι, ἢ παραδείγματα λέγοντες, ἢ ἐνθυμήματα· καὶ παρὰ ταῦτα οὐδὲν πως· ὥστ' εἴπερ καὶ ὅλως ἀνάγκη συλλογιζόμενον, ἢ ἐπάγοντα δεικνύναι ὁτιοῦν, ἢ ὁντιναοῦν (δῆλον δ' ἡμῖν τοῦτο ἐκ τῶν ἀναλυτικῶν *) ἀναγκαῖον ἑκάτερον αὐτῶν ἑκατέρῳ τούτων τὸ αὐτὸ εἶναι. 11 Τίς δ' ἐστὶ διαφορὰ παραδείγματος καὶ ἐνθυμήματος, φανερὸν ἐκ τῶν τοπικῶν †· ἐκεῖ γὰρ περὶ συλλογισμοῦ καὶ ἐπαγωγῆς εἴρηται πρότερον· ὅτι, τὸ μὲν, ἐπὶ τῶν πολλῶν καὶ ὁμοίων δείκνυσθαι ὅτι οὕτως ἔχει, ἐκεῖ μὲν, ἐπαγωγή ἐστιν· ἐνταῦθα δὲ, παράδειγμα· τὸ δὲ, τινῶν ὄντων, ἕτερόν τι διὰ ταῦτα συμβαίνειν παρὰ ταῦτα, τῷ ταῦτα εἶναι ||, ἢ καθόλου, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐκεῖ μὲν συλλογισμός· ἐνταῦθα δὲ, ἐνθύμημα καλεῖται. 12. Φανερὸν δ' ὅτι καὶ ἑκάτερον ἔχει ἀγαθὸν τὸ εἶδος τῆς ἐπιεικῆς· καθάπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς μεθοδικοῖς εἴρηται καὶ ἐν τούτοις ὁμοίως ἔχει· εἰσὶ γὰρ, αἱ μὲν, παραδειγματώδεις * ῥητορεῖαι· αἱ δὲ, ἐνθυμηματικαί· καὶ ῥήτορες ὁμοίως, οἱ μὲν, παραδειγματώδεις· οἱ δὲ, ἐνθυμηματικοί. Πιθανοὶ μὲν οὖν οὐχ ἧττον οἱ λόγοι οἱ διὰ τῶν παραδειγμάτων· θορυβοῦνται δὲ μᾶλλον οἱ ἐνθυμηματικοί. τὴν δ' αἰτίαν αὐτῶν, καὶ πῶς ἑκατέρῳ χρηστέον, ἐροῦμεν ὕστερον †. ¶ 13 Νῦν δὲ περὶ αὐτῶν τούτων μᾶλλον διορίσωμεν καθαρῶς· ἐπεὶ γὰρ τὸ πιθανὸν, τινὶ πιθανόν ἐστι, καὶ τὸ μὲν, εὐθὺς ὑπάρχει δι' αὑτὸ πιθανὸν καὶ πιστόν· τὸ δὲ, τῷ δείκνυσθαι δοκεῖν διὰ τοιούτων· οὐδεμία δὲ τέχνη

* Analy. Prior. l. 2. c. 23. p. 1.

† Topic. l. 1. c. 12.

|| Conjun. 1. Topic. c. 1. & alibi.

* Vide 8. Topic. c. 14. p. 14.

† Infra. lib. 2. c. 21. p. 9. & 10. & lib. 3. c. 17. p. 6.

emplum vero, Inductionem oratoriam. * 10. a Omnes autem *Oratores qui* fidem ostendendo faciunt, *eam faciunt* aut exempla proferentes, aut Enthymemata; & præter hæc *duo*, nullum quodammodò *genus aliud*: quare siquidem etiam omninò necesse *est*, syllogismo aut Inductione utentem, ostendere quamcunque *rem*, aut *hominem* quemcunque (perspicuum autem est nobis hoc ex Analyticis:) necessarium *erit* utrumque ipsorum, cum utroque horum idem esse. 11. b Quæ verò sit differentia Exempli & Enthymematis, manifestum *est* ex Topicis (ibi enim de syllogismo & Inductione dictum est prius:) *nempè*, cùm in multis & similibus ostendatur, *rem* ità *se* habere, *ut dicimus*; ibi quidem, Inductionem esse; hic verò, Exemplum: At cùm quibusdam positis, aliud quid ex his evenit præter hæc, eò quòd hæc sint, vel in universum, vel plerumque; ibi quidem syllogismum, hic verò Enthymema vocari. 12. c Manifestum verò *est* quòd Rhetoricæ forma etiam *ex his duobus* bonis utrumlibet *in se* habeat: nam quemadmodum etiam in methodicis *libris* dictum est, & in his similitèr *res se* habet: d sunt enim, aliæ quidem orandi rationes, Exemplorum *plenæ*; aliæ verò Enthymematum: & oratores similitèr, alii quidem, exemplis *delectantur*, alii verò Enthymematibus: e atque ad persuadendum quidem, non minùs valent orationes, quæ exemplis *rem confirmant*: f perturbant verò magis, quæ *constant* ex Enthymematibus. Causam autem ipsorum, & quomodo utroque *argumentandi genere sit* utendum, dicemus posteriùs. ¶ 13. g Nunc verò de his ipsis *apertiùs & dilucidiùs* definiemus: Quoniam enim, quod appositum est ad persuadendum, alicui ut persuadeat appositum est: & * unum quidem, statim *atque auditur*, suâ vi appositum ad persuadendum existit atque credibile;

Enthymema non simpliciter est Syllogismus sed oratorius; & similitèr exemplum, Inductio oratoria.

a *Alteram cum Syllogismo & Inductione in genere*; *penes formam Analyticam*: Quâ ratione, *hæc omninò conveniunt*, & planè eadem sunt *cum illis*.

b Veruntamen *inter sese* Exemplum & Enthymema *manifestè differunt*; iisdem nimirum differentiis, quibus distinguuntur Syllogismus & Inductio; quorum hæc, simulacra quædam sunt:

c *Corollarium*; Rhetoricæ forma omnis, dotata est utrovis tàm exemplorum, Quàm Enthymematum bono:

d Omninò enim, Perorandi rationes, aliæ fusiores sunt, quæ exemplis constant; Aliæ totæ positæ sunt in Enthymematibus &c.

e Speciatim verò utræque rationes æque ad persuadendum valent.

f Vehementiùs tamen percellunt enthymemata ut inviti etiam, qui audiunt, ad credendum rapiantur.

g Collationes præpositas jam fusiùs exponit: *Priorem quidem*, quæ fiebat *cum Syllogismo & Inductione Dialectica*; sic:

Generatim enim, Cùm propositiones omnes ad persuadendum aptæ, ad aliquem persuadendum referantur; & * aliæ sua vi persuadeant absque probatione ulteriore; veluti principia:;

bile;

* Aliæ verò, quod ipsæ ex aliis fidem acceperunt; quæ proprie dicuntur probabiles:

* Cumq; omnes artes in obeundo suo munere, non spectant propositiones eas, quæ referuntur ad singulas personas; sed eas quæ ad ipsa genera:

h Colligitur, ut, nec alias artes, ità nec *Rhetoricam considerare propositiones* probabiles eas, quæ singulis hominibus videantur, sed eas *quæ videntur toti alicui generi*, eorum sc: hominum, qui animo bene affecti sunt: atque hac in re conuenit illa cum Dialecticâ:

i Differt autem; Quòd illius propositiones, sint in disputando; Rhetoricæ verò, in consultando utiles.

k Speciatim verò, Rhetoricæ officium, est de iis quæstionibus & rebus dicere, de quibus consultatio instituitur; & apud ejusmodi personas, qui nequeunt per rationes longinquas seu prosyllogisticas, rem assequi:

l Cæterum consultatio instituitur de iis, quæ contingunt alitèr se habere:

m Et rationes prosyllogisticæ facilè comprehendi nequeunt; Cùm enim Aliæ concludantur ex iis, quæ adhuc prosyllogismo conclusæ sunt; Aliæ ex illis quæ non sunt probabiles:

n Illæ quidem ab auditoribus propter longitudinem, facilè comprehendi nequeunt;

o Hæ verò minimè probabiles videntur esse.

p Cùm igitur munus Rhetoricæ sic se habeat; & munus illud in enthymemate & exemplo positum sit: Sequi-

bile; * alterum verò, eò quod ostendi videatur ex ejusmodi: * nulla autem ars considerat singulare; velut medicina *non spectat*, quid Socrati salubre sit vel Calliæ, sed quid tali *ægroto in genere*, vel talibus (hoc enim artificiosum *est*; singulare autem, infinitum, & sub scientiam non cadens:) [h] ne Rhetorica quidem singulare probabile intuebitur; veluti Socrati vel Hippiæ; sed quod talibus: quemadmodùm etiam *facit* Dialectica: etenim illa syllogismo concludit, non ex quibuslibet (apparent enim quædam etiam iis qui delirant) [i] sed illa quidem, ex iis quæ *aliam* rationem desiderant; Rhetorico vero, ex iis quæ in consultationem utique venire consueverunt. 14. [k] Est autem munus ipsius, & de ejusmodi *rebus*, de quibus consultamus, artesque nullas *traditas* habemus, *dicere*: & apud ejusmodi auditores, qui non possunt per multa *interjecta rem* contueri, neque ratiocinari è longinquo. 15. [l] Atqui consultamus de iis quæ contingere apparent utroque modo *se habere*: nam de iis, quæ impossibilia *sunt* ut aliter vel facta sint, vel futura sint, vel *se* habeant, nemo consultat, sic *ea se habere* existimans, (nullum enim alitèr, nisi sic, *& de ejusmodi rebus* contingit consilium dare:) [m] contingit autem concludere syllogismo, & colligere, alia quidem, ex syllogismo conclusis priùs; alia verò, ex non conclusis quidem syllogismo, sed syllogismo indigentibus, eò quòd non sint probabilia: ac necesse *est* ex istis, [n] illud quidem, non esse facile ad consequendum, propter longitudinem: (nam disceptator supponitur esse simplex:) [o] hæc verò, minùs apposita ad persuadendum, quia neque ex confessis sint, neque ex probabilibus. [p] 16. Quare necessarium est, cùm Enthymema, tùm exemplum esse de iis quæ contingunt, ut plurimùm etiam alitèr *se* habere: Exemplum quidem, Inductionem; enthy-

σκοπεῖ τὸ καθ' ἕκαστον *· οἷον ἡ ἰατρικὴ, τί Σωκράτει τὸ ὑγιεινόν ἐστιν ἢ Καλλίᾳ, ἀλλὰ τί τῷ τοιῷδε, ἢ τοῖς τοιοῖσδε (τοῦτο γὰρ ἔντεχνον· τὸ δὲ καθ' ἕκαστον, ἄπειρον καὶ οὐκ ἐπιστητόν·) οὐδὲ ἡ ῥητορικὴ τὸ καθ' ἕκαστον ἔνδοξον θεωρήσει· οἷον Σωκράτει ἢ Ἱππίᾳ· ἀλλὰ τὸ τοιοῖσδε, καθάπερ καὶ ἡ διαλεκτική· καὶ γὰρ ἐκείνη συλλογίζεται, οὐκ ἐξ ὧν ἔτυχε †· φαίνεται γὰρ ἄττα καὶ τοῖς παραληροῦσιν· ἀλλ' ἐκείνη μὲν, ἐκ τῶν λόγου δεομένων· ἡ δὲ ῥητορικὴ, ἐκ τῶν ἤδη βουλεύεσθαι εἰωθότων. 14. Ἐστι δὲ τὸ ἔργον αὐτῆς, περί τε τοιούτων περὶ ὧν βουλευόμεθα, καὶ τέχνας μὴ ἔχομεν, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀκροαταῖς οἳ οὐ δύνανται διὰ πολλῶν συνορᾶν, οὐδὲ λογίζεσθαι πόρρωθεν. 15. Βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν φαινομένων ἐνδέχεσθαι ἀμφοτέρως ἔχειν ||· περὶ γὰρ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἢ γενέσθαι, ἢ ἔσεσθαι, ἢ ἔχειν, οὐδεὶς βουλεύεται, οὕτως ὑπολαμβάνων· οὐδὲν γὰρ πλέον ἢ οὕτως ἐνδέχεται συμβουλεύειν· ἐνδέχεται δὲ συλλογίζεσθαι καὶ συνάγειν, τὰ μὲν, ἐκ συλλελογισμένων πρότερον· τὰ δὲ, ἐξ ἀσυλλογίστων μὲν, δεομένων δὲ συλλογισμοῦ, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἔνδοξα· ἀνάγκη δὲ τούτων, τὸ μὲν μὴ εἶναι εὐεπακολούθητον, διὰ τὸ μῆκος· ὁ γὰρ κριτὴς ὑπόκειται εἶναι ἁπλοῦς· τὰ δὲ, μὴ πιθανὰ, διὰ τὸ μὴ ἐξ ὁμολογουμένων εἶναι, μηδ' ἐνδόξων. 16. Ὥστε ἀναγκαῖον τότε ἐνθύμημα εἶναι καὶ τὸ παράδειγμα περὶ τῶν ἐνδεχομένων ὡς τὰ πολλὰ ἔχειν καὶ ἄλλως· τὸ μὲν παράδειγμα, ἐπα-

* *Conjun. Ethic.* 2. *c.* 2. & *alib.*

† *Conjun.* 1 *Topic. c.*11.*p.*9.

|| *Conjun. Ethic.* 3. *cap.* 5.

ταύτην συντεινόντων, καὶ τῶν ἐναντίων ταύτῃ, αἵ τε προτροπαὶ καὶ αἱ ἀποτροπαὶ πᾶσαί εἰσι· τὰ μὲν γὰρ παρασκευάζοντα ταύτην, ἢ τῶν μορίων τι, ἢ μεῖζον ἀντ' ἐλάττονος ποιοῦντα, δεῖ πράττειν· τὰ δὲ φθείροντα, ἢ ἐμποδίζοντα, ἢ τὰ ἐναντία ποιοῦντα μὴ πράττειν. ¶ 3. Ἔστω δὴ εὐδαιμονία, εὐπραξία μετὰ ἀρετῆς· ἢ αὐτάρκεια ζωῆς· ἢ ὁ βίος ὁ μετὰ ἀσφαλείας ἥδιστος· ἢ εὐθηνία κτημάτων καὶ σωμάτων, μετὰ δυνάμεως φυλακτικῆς τε καὶ πρακτικῆς τούτων· σχεδὸν γὰρ τούτων ἓν, ἢ πλείω, τὴν εὐδαιμονίαν ὁμολογοῦσιν εἶναι ἅπαντες. ¶ 4. Εἰ δή ἐστιν ἡ εὐδαιμονία τοιοῦτον, ἀνάγκη αὐτῆς εἶναι μέρη, εὐγένειαν, πολυφιλίαν, χρηστοφιλίαν, πλοῦτον, εὐτεκνίαν, πολυτεκνίαν, εὐγηρίαν· ἔτι, τὰς τοῦ σώματος ἀρετὰς, οἷον ὑγίειαν, κάλλος, ἰσχὺν, μέγεθος, δύναμιν ἀγωνιστικήν· δόξαν, τιμὴν, εὐτυχίαν· ἀρετὴν, ἢ καὶ τὰ μέρη αὐτῆς, φρόνησιν, ἀνδρίαν, δικαιοσύνην, σωφροσύνην. 5. Οὕτω γὰρ ἂν αὐταρκέστατος εἴη, εἰ ὑπάρχει αὐτῷ, τά τ' ἐν αὐτῷ, καὶ τὰ ἐκτὸς ἀγαθά· οὐ γάρ ἐστιν ἄλλα παρὰ ταῦτα· ἔστι δὲ, ἐν αὐτῷ μὲν, τὰ περὶ ψυχὴν, καὶ τὰ ἐν σώματι· ἔξω δὲ, εὐγένεια, καὶ φίλοι, καὶ χρήματα, καὶ τιμή· ἔτι δὲ προσήκειν οἰόμεθα δυνάμεις ὑπάρχειν καὶ τύχην· οὕτω γὰρ ἂν ἀσφαλέστατος βίος εἴη. ¶ 6. Λάβωμεν τοίνυν ὁμοίως καὶ τούτων ἕκαστον τί ἐστιν· εὐγένεια μὲν οὖν ἐστιν, ἔθνει μὲν καὶ πόλει, τὸ αὐτόχθονας ἢ ἀρχαίους εἶναι, καὶ ἡγεμόνας τοὺς πρώτους ἐπιφανεῖς, καὶ πολλοὺς ἐπιφανεῖς γεγονέναι ἐξ

hanc, & ad ea *quæ* ad hanc referuntur, *comparanda*,& *ad ea quæ* contraria huic *sunt*, *evitanda*, cùm hortationes tùm dehortationes omnes suscipiuntur : [e] Quæ enim parant *fælicitatem* hanc vel particularum aliquam, aut majorem ex minore efficiunt, *ea* oportet agere ; quæ verò *fælicitatem* corrumpunt, vel impediunt, vel contraria efficiunt , *ea* non *oportebit* agere. ¶ 3. [f] Sit igitur fœlicitas, [1] benè se habens actio cum virtute *conjuncta*; vel [2] vita *sufficientibus bonis & suâ sorte* contenta ; vel [3] jucundissima vivendi *ratio* cum securitate ; vel [4] optima possessionum & corporum constitutio, cum facultate & custodiendi & tractandi hæc *ipsa*:ferè enim ex his unum, vel plura,fœlicitatem confitentur esse omnes. ¶ 4 Si igitur fœlicitas est ejusmodi, necesse *est* ipsius esse [g] partes, [1] nobilitatem, [2] amicorum copiam, bonorum amicitiam, [3] divitias, [4] bonam prolem, multam prolem, [5] bonam senectutem ; præterea, [6] corporis virtutes ; velut sanitatem, pulchritudinem, robur, magnitudinem, facultatem certandi *gymnicam* ; [7] gloriam, [8] honorem, [9] prosperitatem ; [10] virtutem , præsertim *hasce* partes ipsius, prudentiam,fortitudinem,temperantiam, justitiam : 5. [h] Sic enim *suâ sorte & sufficientibus bonis* maximè contentus erit *homo*, si adsint ipsi tùm interna,tùm externa bona: Nulla enim sunt alia præter hæc *duo bonorum genera* : Bona autem in ipso quidem, *seu interna*, *sunt* cùm animi, tum coporis bona ; [i] extra autem *seu externa*, nobilitas,& amici,& pecuniæ & honor ; [k] præterea verò , congruere arbitramur, ut facultates *seu bellicæ vires* adsint, & fortuna : Sic enim maximè secura *ipsius* vita esse poterit. ¶ 6. * Sumamus igitur eodem modo, etiam horum unumquodq; quid sit:[m] Ac Nobilitas quidem,genti & civitati *communis*, est *illa*, si *populi* indigenæ vel antiqui fuerint, [n] & si *eorum* duces primi illustres, & multi illustres nati sint ex ipsis

ones ad hanc, & ad ea quæ huc tendunt, nos vocant ; dehortationes revocant ab iis , quæ his sunt contraria, sc. à miseriâ cujusque speciebus:

e Explicatio utriusque membri.

f Primò igitur, *definitiones fœlicitatis vulgares* sunt quatuor.

1*a*, quam secutus est Theophrastus ;
2*a*, quam Stoici ;
3*a*, quam Epicurei ;
4*a*, Vulgaris.

g Deinde , *partes seu species fælicitatis*, *decem* ferè numerantur :

h Confirmatur enumeratio, *partim à* definitione fœlicitatis secundâ : Maxime enim illa vita contenta est,quæ ornatur, Tùm *internis bonis*, qualia sunt,& ea quæ animi, & ea quæ corporis ;

i Tum *externis*, &c.

k *Partim etiam a* definit. fœlicit. 3*a* : quia, ut vita secura sit, efficiunt opes civilisque potentia, nec non fortunæ benignitas.

l Definitiones ergo singular.partium enumerat. sequuntur.

m 10. *Nobilitas* una,est *publica*, seu totius gentis ; estque cùm *natio* vel *populo antiquo* originem habuit ;

n Vel *ab authoribus primis* illustribus, & à majoribus subsecutis, qui ob præclaras res commendati fuerunt.

o Altera nobilitas, est *privata unius prosapiæ*; cui claritas acquiritur: tùm si in ea stirpe extiterunt viri, aut fœminæ illustres, &c.

p Tum, si (quæ conditio quoq; publicæ nobilitatis fuit) authores primi illius stirpis clari fuerint;

q Et majores postea subsecuti, ob præclaras res suas, celebrati sint.

r Bona & multa proles, una est *publica totius civitatis*; quippe cui multa sit juventus & bona;

s Sive *è corporis bonis* laudata:

t Sive *ex animi dotibus*.

u Altera *privata est unius familiæ*, in quâ liberi multi sunt & boni; Sive mares, seu fœminæ.

x Omninò ad sobolem fœlicem & bonam (sive privatam, seu publicam) requiritur, ut tam fœminis, quam maribus, præfatæ conditiones insint.

y Divitiarum 1. *partes*, aliæ patrimonium seu hæreditatem efficiunt:

z Aliæ sunt ornamenta quædam rei familiaris.

a Deinde conditiones quatuor sunt, quibus placere illæ possunt.

1ª, Ut sint *utiles*; quæ & fructuosæ:

2ª, Ut *liberales*, seu libero homine dignæ; quæ & animi causâ possidentur:

3ª, Ut *securæ* & firmæ; quæ omni periculo & lite vacuæ:

sis, in iis *rebus*, quæ sub æmulationem *cadunt*: 7. [o] Privatim verò *in una familia*, nobilitas *est ea*, quæ *vel* à viris *solis est*, vel à fœminis, & legitima origo ab utrisque; [p] *in eâque*, sicut in civitate, *requiritur* tùm ut primi *authores* præclari *fuerint*, vel ob virtutem, vel divitias, vel aliam aliquam *earum rerum*, quæ honorantur; [q] tùm & multi *sint* illustres ex *eodem* genere *oriundi* & viri, & mulieres, & juvenes, & senes. ¶ 8. [r] Bona proles verò & multa proles, non *sunt* cognitu obscura: Est autem, in Repub. quidem bona proles, si juventus sit multa & bona: [s] Bona verò, ex virtute corporis, velut magnitudine, pulchritudine, robore, facultate certandi: [t] *Quod ad* animam *attinet*, temperantia, & fortitudo, juvenis *sunt* virtutes. 9. [u] In privatis autem *familiis*, bona proles & multa proles *est*, si proprii liberi multi & hujusmodi sint, tùm fœminæ tùm mares: Fœminarum verò virtus, *est*, si spectetur corpus, pulchritudo & magnitudo; si animus, temperantia, & studium operis sine sordibus 10. [x] Oportet autem, tùm privatim tùm publicè, & in viris paritèr, & in fœminis, quærere, ut unumquodq; insit ex istis: Quibuscumq; enim *civitatibus vel familiis*, fœminæ vitiosæ *fuerint*, ut Lacedæmoniis; ex dimidio ferè non sunt *illæ* fœlices. ¶ 11. [y] Divitiarum partes, *sunt* nummi, terrarum amplitudo, prædiorum possessio: [z] præterea verò, supellectilium possessio, & pecudum, & mancipiorum, *quæ* multitudine, & magnitudine, & pulchritudine excellant. 12. [a] Hæc autem omnia, & secura, & liberalia, & utilia *esse oportet*: [1] sunt autem, utilia quidem magis, *ea* quæ fructuosa; [2] at liberalia, quæ in fruendo *sunt posita*: Fructuosa dico è quibus *sunt* pecuniarii proventus: In fruendo *posita* verò, à quibus nihil præter usum oritur, quod etiam æstimandum *sit*: [3] Definitio autem, securitatis quidem, *est ut* in illis locis & eo modo *quis* possederit, ut

αὐτὴν ἐπὶ τοῖς ζηλουμένοις. 7. Ἰδίᾳ δὲ, εὐγένεια, ἡ ἀπ' ἀνδρῶν, ἢ ἀπὸ γυναικῶν, καὶ γνησιότης ἀπ' ἀμφοῖν, καὶ ὥσπερ ἐπὶ πόλεως, τοὺς τε πρώτους γνωρίμους, ἢ ἐπ' ἀρετῇ, ἢ πλούτῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τῶν τιμωμένων, καὶ πολλοὺς ἐπιφανεῖς ἐκ τοῦ γένους καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ νέους καὶ πρεσβυτέρους. ¶ 8. Εὐτεκνία δὲ καὶ πολυτεκνία, οὐκ ἄδηλα· ἔστι δὲ, τῷ κοινῷ μὲν, εὐτεκνία, νεότης ἂν ᾖ πολλὴ καὶ ἀγαθή· ἀγαθὴ δὲ, κατ' ἀρετὴν σώματος, οἷον μέγεθος, κάλλος, ἰσχὺν, δύναμιν ἀγωνιστικήν· ψυχῆς δὲ, σωφροσύνη, καὶ ἀνδρεία, νέου ἀρεταί. 9. Ἰδίᾳ δὲ, εὐτεκνία καὶ πολυτεκνία, τὸ τὰ ἴδια τέκνα πολλὰ καὶ τοιαῦτα εἶναι, καὶ θήλεα καὶ ἄρρενα· θηλειῶν δὲ ἀρετὴ, σώματος μὲν, κάλλος, καὶ μέγεθος· ψυχῆς δὲ, σωφροσύνη, καὶ φιλεργία ἄνευ ἀνελευθερίας. 10. Ὁμοίως δὲ καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ, καὶ κατ' ἄνδρας καὶ κατὰ γυναῖκας, δεῖ ζητεῖν, ἕκαστον ὑπάρχειν τῶν τοιούτων· ὅσοις γὰρ τὰ κατὰ γυναῖκας φαῦλα, ὥσπερ Λακεδαιμονίοις, σχεδὸν κατὰ τὸ ἥμισυ οὐκ εὐδαιμονοῦσι. ¶ 11. Πλούτου δὲ μέρη, νομίσματα, πλῆθος γῆς, χωρίων κτῆσις· ἔτι δὲ, ἐπίπλων κτῆσις, καὶ βοσκημάτων, καὶ ἀνδραπόδων, πλήθει, καὶ μεγέθει, καὶ κάλλει διαφερόντων. 12. Ταῦτα δὲ πάντα, καὶ ἀσφαλῆ, καὶ ἐλευθέρια, καὶ χρήσιμα· ἔστι δὲ χρήσιμα μὲν μᾶλλον, τὰ κάρπιμα· ἐλευθέρια δὲ, τὰ πρὸς ἀπόλαυσιν· κάρπιμα δὲ λέγω, ἀφ' ὧν αἱ πρόσοδοι· ἀπολαυστικὰ δὲ, ἀφ' ὧν μηδὲν παρὰ τὴν χρῆσιν γίγνεται, ὅ, τι καὶ ἄξιον. ὅρος δὲ, ἀσφαλείας μὲν, τὸ

τὸ

τὸ ἐνταῦθα καὶ οὕτω κεκτῆσθαι, ὥστ' ἐπ' αὐτῷ εἶναι τὴν χρῆσιν· τοῦ δὲ οἰκεῖον εἶναι, ἢ μή, ὅταν ἐφ' αὐτῷ ᾖ ἀπαλλοτριῶσαι· λέγω δὲ ἀπαλλοτρίωσιν, δόσιν καὶ πρᾶσιν· ὅλως δὲ, τὸ πλουτεῖν ἐστὶν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι· καὶ γὰρ ἡ ἐνέργειά ἐστι τῶν τοιούτων, καὶ ἡ χρῆσις, πλοῦτος. ¶ 13. Εὐδοξία δ' ἐστὶ, τὸ ὑπὸ πάντων σπουδαίων ὑπολαμβάνεσθαι, ἢ τοιοῦτόν τι ἔχειν οὗ πάντες ἐφίενται, ἢ οἱ πολλοὶ, ἢ οἱ ἀγαθοὶ, ἢ οἱ φρόνιμοι. ¶ 14. Τιμὴ δὲ, ἐστὶ μὲν σημεῖον εὐεργετικῆς δόξης· τιμῶνται δὲ, δικαίως μὲν καὶ μάλιστα οἱ εὐεργετηκότες· οὐ μὴν ἀλλὰ τιμᾶται καὶ ὁ δυνάμενος εὐεργετεῖν· εὐεργεσία δὲ, ἢ εἰς σωτηρίαν, καὶ ὅσα αἴτια τοῦ εἶναι, ἢ εἰς πλοῦτον, ἢ εἴς τι τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὧν μὴ ῥᾳδία ἡ κτῆσις· ἢ ὅλως, ἢ ἐνταῦθα, ἢ ποτέ· πολλοὶ γὰρ διὰ μικρὰ δοκοῦντα, τιμῆς τυγχάνουσιν· ἀλλ' οἱ τρόποι καὶ οἱ καιροὶ αἴτιοι· 15. Μέρη δὲ τιμῆς, θυσίαι, μνῆμαι ἐν μέτροις καὶ ἄνευ μέτρων, γέρα, τεμένη, προεδρίαι, τάφοι, εἰκόνες, τροφαὶ δημόσιαι· τὰ βαρβαρικὰ, οἷον προσκυνήσεις καὶ ἐκστάσεις· δῶρα τὰ παρ' ἑκάστοις τίμια· καὶ γὰρ τὸ δῶρόν ἐστι, κτήματος δόσις, καὶ τιμῆς σημεῖον· διὸ καὶ οἱ φιλοχρήματοι, καὶ οἱ φιλότιμοι ἐφίενται αὐτῶν· ἀμφοτέροις γὰρ ἔχει, ὧν δέονται· καὶ γὰρ κτῆμά ἐστιν, οὗ ἐφίενται οἱ φιλοχρήματοι· καὶ τιμὴν ἔχει, οὗ οἱ φιλότιμοι. ¶ 16. Σώματος δὲ ἀρετὴ, ὑγίεια· αὕτη δὲ οὕτως, ὥστε ἀνόσους εἶναι χρω-

ipsorum usus in ipsius *potestate* sit *positus*: ᵃ Proprietatis verò, vel contrà, quando in sua potestate fuerit *sua bona* alienare, *vel secus*: Voco alienationem, donationem & venditionem. ᵇ Omninò, divitem esse consistit *in eo*, ut utatur magis, quàm *in eo* ut possederit: Nam hujusmodi *bonorum* actus *seu occupatio*, & usus sunt, divitiæ, ¶ 13. ᶜ Bona verò existimatio, est *cùm quis* ab omnibus virtute præditus existimetur, vel *cùm* aliquid ejusmodi habeat quod omnes appetunt, aut multi, aut boni, aut prudentes *viri*. ¶ 14.ᵈ Honor, est quidem *bonæ* existimationis *illius* indicium, quâ *quis* ad benefaciendum propensus *est*: * Honorantur autem, * justè quidem & maximè illi *qui jam* benefecerint: ᵉ Verumtamen honoratur etiam qui potest benefacere: ᶠ Beneficium verò, *est quod* aut ad salutem *est*, & quæcumque *sunt* causæ cur simus, aut ad divitias, aut ad aliquod ex aliis bonis, quorum non facilis *est* possessio; idq; vel omninò, vel hoc loco, vel certo tempore: Multi enim ob *illa*, *quæ* parva existimantur, honorem consequuntur; sed *beneficii dandi* modi & occasiones, *istius honoris sunt* causæ. 15. ᵍ Partes autem Honoris, *sunt* sacrificia, monumenta in metris, & sine metris, præmia, agri consecrati, primi consessus, sepulchra, statuæ, nutrimenta publica; ʰ *Item* barbarici *honores*, velut *genibus flexis* adorationes, & *de via* cessiones *cum stupore quodam facta*; *Item* dona, quæ apud singulos *populos* honorifica *sunt*; ⁱ Etenim donum, est possessionis donatio, & honoris signum: * Quamobrem etiam studiosi divitiarum, & studiosi honoris, ipsa *dona* expetunt: *Dona* enim, *in se* utraque habent *ea*, quæ *utrique* requirunt: Etenim *in illis* possessio est, quam appetunt studiosi pecuniæ; & honorem *illa* habent, quem studiosi honoris *desiderant*. ¶ 16. ᵏ Corporis virtus, *est* ˡ sanitas: Hæc autem ità *accipienda est*, ut qui

E

a 1, Ut *propriæ*: Proprietas autem est quiddam ad securitatem pertinens.

b Omninò dives definitur is, qui in usu potiùs, quàm in possessione horum bonorum, dives est.

c *Bona alicujus existimatio* ex alterius opinione orta, seu gloria, quid:

d *Honor* 1 *quid*: &

* Qui honorantur, ac quam ob causam: sc.

* Vel ob beneficia collata; ex iis enim tanquam ex fonte, oritur honor:

e Vel ob facultatem, & spem conferendi.

f Beneficia qualia sint ea, quæ honore dignamur.

g 2, *Partes honoris* complures; quæ *partim ad Deos*, *vel heroas* pertinent;

h *Partim ad homines*.

i Donum apud omnes magni æstimatur; quia non modò est rei familiaris auctio, sed & honoris etiam nota:

* Unde non modò avari, sed & ambitiosi, munerum avidi sunt.

k *Corporis virtutes* quinque:

1, *Sanitas*; in quâ duo requiruntur; primum, ut morbo quis careat; secundum, ut corporis muneribus fungi possit ità, ut magna pars hominum solet.

2a, *Pulchritudo*; eaq; Alia *Juvenum* (qui sunt usque ad annos 30) in qua unum est, ut corpus ad labores gymnicos sit accommodatum & validum ;

l Alterum est εὐμορφία, venustas:

m Alia *vigentis ætatis* (quæ est corporis ab annis 30, ad 35; animi ad 49.) in qua unum est, ut corpus sit ad labores militares accommodatum ;

* Alterum, est formæ dignitas:

n Alia *Senum*; in qua unum est, ut corpus sit ad labores, si qui inciderint, tolerandos, non ineptum ;

o Alterum, ut ne molesti sint iis, qui vident.

3a, *Robur*.

4a, *Magnitudo* ; in qua requiritur, Tum exuperantia secundùm omnes dimensiones;

* Tum ut ne propter hanc exuperantiam, munera corporis impediantur.

5a, *Certandi virtus*; quæ constat ex 2 superioribus sc. 4 a, magnitudine, & 3 a, Robore; & insuper ex celeritate, quæ est roboris quædam species:

p *Cursor* enim, est qui celeritate valet;

q *Luctator*, qui magnitudine ;

r *Pugil* seu Palæstites, qui robore ;

s *Pancratiastes*, qui robore & magnitudine;

t *Pentathlus*, qui celeritate, magnitudine, & robore.

u *Bona senectus*; quæ 1. ut serò accedat, oportet; 2. nec secum ferat incommoda illi, quæ molestiam spectantibus facessant:

qui corporum habent usum, sint morbi expertes: Multi enim sani sunt, ut Herodicus dicitur; quos nemo *propter* sanitatem fœlices *esse* prædicaverit, quòd, *quò infirmam vale tudinem tueantur*, abstineant ab omnibus *officiis rebusque* humanis, aut maximâ *earum* parte. 17. a Pulchritudo, diversa est in unaquâque ætate: Ac juvenis quidem pulchritudo, *est*, *ut* ad labores *sustinendos* factum habeat corpus, *nempe* & ad cursum, & ad *actiones* violentas, l *interim* ut jucundus *ipse* sit visu ad voluptatem: Quamobrem quinquertiones, pulcherrimi *sunt*, quòd ad vim & ad velocitatem simul, nati sunt: m Ejus autem, qui ætate viget, *forma est*, ut ad labores quidem bellicos *corpore factus sit*,* *aspectu* verò jucundus videatur cum terrore *quodam*. n At senis, ut ad labores quidem necessarios *satis* idoneum *habeat corpus*, o molestiam verò *spectantibus non exhibeat*; quòd nihil habeat *eorum* quibus senectus sordescit. 18. 3, Robur, est facultas movendi alterum, ut velit *is qui movet*: Necesse autem *est* movere alterum, vel *ad se* trahendo, vel pellendo, vel tollendo, vel deprimendo, vel collidendo: ita ut robustus, vel omnibus, vel horum aliquibus robustus sit. 19. 4, Magnitudinis virtus, *est* superare proceritate, vel crassitudine, vel latitudine multos, tantò *quidem* majore, * ut ne tardiores *corporis* efficiat motiones propter *illam magnitudinis* exuperantiam. 20. 5, Certandi virtus corporis componitur ex magnitudine, & robore, atque velocitate (etenim velox, robustus est:) p Nam qui potest crura projicere quodammodò, & movere velocitèr, & longè, cursor *est*: q Qui verò *adversarium* stringere, & retinere, luctator: At qui pellere plaga, pugil: r Qui autem utrisque his *stringendo & pellendo, valet*, pancratiasticus: t Verùm qui omnibus *his tribus pollet*, quinquertio. ¶ 21. u Bona senectus, est 1 tarditas senectutis 2 absq; molestia:

μένους τοῖς σώμασι· πολλοὶ γὰρ ὑγιαίνουσιν, ὥσπερ Ἡρόδικος λέγεται· οὓς οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειε τῆς ὑγιείας, διὰ τὸ πάντων ἀπέχεσθαι τῶν ἀνθρωπίνων, ἢ τῶν πλείστων. 17. Κάλλος δὲ, ἕτερον καθ' ἑκάστην ἡλικίαν ἐστί. Νέου μὲν οὖν κάλλος, τὸ πρὸς τοὺς πόνους χρήσιμον ἔχειν τὸ σῶμα, τούς τε πρὸς δρόμον, καὶ πρὸς βίαν, ἡδὺν ὄντα ἰδεῖν πρὸς ἀπόλαυσιν· διὸ οἱ πένταθλοι, κάλλιστοι, ὅτι πρὸς βίαν, καὶ πρὸς τάχος ἅμα πεφύκασιν· ἀκμάζοντος δὲ, πρὸς μὲν πόνους τοὺς πολεμικοὺς, ἡδὺν δὲ εἶναι δοκεῖν μετὰ φοβερότητος· γέροντος δὲ, πρὸς μὲν πόνους τοὺς ἀναγκαίους ἱκανὸν, ἄλυπον δὲ, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ὧν τὸ γῆρας λωβᾶται. 18. Ἰσχὺς δὲ, ἐστὶ μὲν δύναμις τοῦ κινεῖν ἕτερον, ὡς βούλεται· ἀνάγκη δὲ κινεῖν ἕτερον, ἢ ἕλκοντα*, ἢ ὠθοῦντα, ἢ αἴροντα, ἢ πιέζοντα, ἢ συνθλίβοντα· ὥστε ὁ ἰσχυρὸς, ἢ πᾶσιν, ἢ τούτων τισὶν ἐστὶν ἰσχυρός. 19. Μεγέθους δὲ ἀρετὴ, τὸ ὑπερέχειν κατὰ τὸ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ πλάτος τῶν πολλῶν, τοσούτῳ μείζονι, ὥστε μὴ βραδυτέρας ποιεῖν τὰς κινήσεις διὰ τὴν ὑπερβολήν. 20. Ἀγωνιστικὴ δὲ τοῦ σώματος ἀρετὴ σύγκειται ἐκ μεγέθους, καὶ ἰσχύος, καὶ τάχους· καὶ γὰρ ὁ ταχὺς, ἰσχυρός ἐστιν· ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥιπτεῖν πως, καὶ κινεῖν ταχὺ, καὶ πόρρω, δρομικός· ὁ δὲ θλίβειν, καὶ κατέχειν παλαιστικός· ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πυκτικός· ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός· ὁ δὲ πᾶσι, πένταθλος. ¶ 21. Εὐγη-

* Conjun. 7 Phy cap. 3.

γηρεία δὲ, ἐστὶ βραδυτὴς γήρως μετ' ἀλυπίας· οὔτε γὰρ εἰ ταχὺ γηράσκει, εὔγηρως· οὔτ' εἰ μόγις μὲν, λυπηρῶς δέ· ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν, καὶ τύχης· μὴ ἄνοσος γὰρ ὢν, μηδὲ ἰσχυρὸς, οὐκ ἔσται ἀπαθὴς, οὐδ' ἄλυπος καὶ πολυχρόνιος· οὔτ' ἄνευ τύχης διαμένειεν ἄν. 22. Ἔστι δέ τις καὶ χωρὶς ἰσχύος καὶ ὑγιείας, ἄλλη δύναμις μακροβιότητος· πολλοὶ γὰρ ἄνευ τῶν τοῦ σώματος ἀρετῶν, μακρόβιοί εἰσιν· ἀλλ' οὐδὲν ἡ ἀκριβολογία χρήσιμος ἡ περὶ τούτων εἰς τὰ νῦν. ¶ 23. Πολυφιλία δὲ καὶ χρηστοφιλία οὐκ ἄδηλα, τοῦ φίλου ὡρισμένου, ὅτι ἐστὶν ὁ τοιοῦτος φίλος, ὅστις ἃ οἴεται ἀγαθὰ εἶναι ἐκείνῳ, πρακτικός ἐστιν αὐτῶν δι' ἐκεῖνον. ᾧ δὴ πολλοὶ τοιοῦτοι, πολύφιλος· ᾧ δὲ καὶ ἐπιεικεῖς ἄνδρες, χρηστόφιλος. ¶ 24. Εὐτυχία δέ ἐστιν, ὧν ἡ τύχη ἀγαθῶν αἰτία, ταῦτα γίγνεσθαι καὶ ὑπάρχειν, ἢ πάντα, ἢ τὰ πλεῖστα, ἢ τὰ μέγιστα· αἰτία δέ ἐστιν ἡ τύχη, ἐνίων μὲν, ὧν καὶ αἱ τέχναι· πολλῶν δὲ καὶ ἀτέχνων, οἷον ὅσων ἡ φύσις· ἐνδέχεται δὲ καὶ παρὰ φύσιν εἶναι· ὑγιείας μὲν γὰρ, τέχνη αἰτία· κάλλους δὲ καὶ μεγέθους, φύσις· ὅλως δὲ, τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν ἐστὶν ἀπὸ τύχης, ἐφ' οἷς ἐστιν ὁ φθόνος. 25. Ἔστι δὲ καὶ τῶν παρὰ λόγον ἀγαθῶν αἰτία τύχη, οἷον εἰ οἱ ἄλλοι αἰσχροὶ ἀδελφοί· ὁ δὲ, καλός· ἢ οἱ ἄλλοι μὴ εἶδον τὸν θησαυρὸν, ὁ δ' εὗρεν· ἢ εἰ τοῦ πλησίον ἔτυχε τὸ βέλος· τούτου δὲ, μή· ἢ εἰ μὴ ἦλθε μόνος ἀεὶ φοιτῶν, οἱ δὲ, ἅπαξ ἐλθόντες διεφθάρησαν· πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα, εὐτυχήματα δοκεῖ εἶναι·

Neq; enim si *homo* velociter senescat, bonam senectutem *habet*, neq; si vix quidem *&* *serò*, cum molestiis tamen: [x] Constat autem *senectus bona* tàm ex corporis virtutibus, quàm *ex bonis* fortunæ: Nam *senex qui* neque sanus est, neq; robustus, nec erit *malorum* affectuum expers, nec indolens *aliis*, & longævus: [y] Neque *verò* sine fortunæ *bono in vita longiùs* perdurare poterit. 22. [z] Est verò quædam etiam sine robore & sanitate, alia facultas diù vivendi: multi enim absq; corporis virtutibus, diù vivunt: Verùm exquisita horum tractatio non *est* utilis ad ea, *de quibus* nunc *disputamus*. ¶ 23. [a] Amicorum copia & bonorum amicitia non *sunt* incerta, Amici definitione *allata*; siquidem hujuscemodi est amicus, quicunque quæ putat bona esse illi *quem amat*, studiosè ipsa facit propter illum. Cui itaq; multi *sunt* hujusmodi *homines*, *is* multos amicos habet; cui verò etiam boni viri *sunt tales*, *is* bonos amicos habere *dicitur*. ¶ 24. [b] Prosperitas *vitæ*, est *in iis* bonis, quorum *ipsa* fortuna *est* author, *ut* hæc *nobis* eveniant & adsint, vel omnia, vel plurima, vel maxima. [c] Causa autem est fortuna, nonnullorum quidem *bonorum* quorum & artes *sunt causæ*; * multorum verò etiam non artificiosorum; veluti quorumcunq; natura *est autor*: (contingit verò etiam ut *hæc* præter naturam *aliquando* sint:) Nam sanitatis quidem, ars *est* causa; at pulchritudinis & magnitudinis, natura: [d] Omninò, ejusmodi bona sunt à fortuna, ob quæ excitatur invidia. 25. [e] Causa verò etiam est fortuna *eorum* bonorum, *quæ sunt* præter rationem; velut, *si* alii deformes *sunt* fratres, hic autem pulcher; aut alii non viderunt thesaurum, hic autem invenit; aut si *eum* qui propè erat, attigit telum, hunc autem, non; aut si *quis* solus *aliquò* non ivit, *cùm alias eò* semper ire *consuevisset*, hi verò qui semel *eò* sunt profecti, periêrunt: Omnia enim ejusmodi, boni fortunæ *eventus* videntur

 esse

x *Propriè* illa constat & perficitur, Tum ex virtutibus corporis; sc. sanitate, & robore;

y Tùm ex fortunæ bono.

z *Minus propriè*, quò tolerabilis fiat, sustentatur ope exercitiorum, & medicinæ quotidianæ, *&c.*

a *Amicitia bonorum & multorum*, quid sit, facile colligitur ex definitione Amici.

b *Prosperitas seu fortuna bona*, definitur, cumulus eorum bonorum, quæ à fortuna proveniunt:

c Fortuna autem 1. *potissimum est causa eorum bonorum*, quorum Alia *ab arte* efficiuntur;

* Alia verò *à natura*.

d Et universim, eorum, *ob quæ excitatur invidia*: Hâc enim regulâ, fortunæ bona à reliquis differunt.

e 2 *Est etiam eorum bonorum causa*, quorum certa ratio adferri non potest, & quæ pœnè absurda sunt.

f *Virtus animi*, sive Moralis sit, sive intellectualis, definietur infra, cap. 9.

g Epilogus de Auditorum fine, 1. fœlicitate ejusque partibus; quas etiam spectare debet is, qui eos ad agendum quidpiam impellit, &c.

esse. ¶ 26. [f] De virtute autem, quoniam maximè proprius *dicendi* locus *est* in laudationibus *& genere Demonstrativo*, cùm de laudatione conficiemus sermonem, tunc *erit* definiendum. [g] Ac in quæ quidem oportet intueri *eos* qui hortantur, tanquam futura, *ut pareantur*, aut præsentia, *ut conserventur*; & in quæ *eos* qui dehortantur, manifestum *est*: *Illa* enim his sunt contraria.

¶ 26. Περὶ δὲ ἀρετῆς, ἐπειδὴ οἰκειότατος ὁ περὶ τοῦ ἐπαίνου τόπος, ὅταν περὶ ἐπαίνου ποιώμεθα τὸν λόγον, τότε διοριστέον· ὧν μὲν οὖν δεῖ στοχάζεσθαι προτρέποντας, ὡς ἐσομένων, ἢ ὑπαρχόντων, καὶ ὧν ἀποτρέποντας, φανερόν· τὰ γὰρ ἐναντία τούτων ἐστίν.

Forma de bonis confessis & controversis.

Cap. VI.

Elementa de bono, sunt definitiones boni, à Par. 2. Et utilis Par. 3. Undè colliguntur Propositiones, seu formæ duplices; alia de bonis confessis, à Par. 6. Alia de bonis controversis, à Par. 17.

a Cùm delib. scopus sit utile & perniciosum, ex c. 3. p. 11.

* Ij autem qui audiunt, consilium capiunt de mediis, quæ cùm ad ipsorum fines referantur, Utilia sunt ad ipsos.

b Cúmque utile, sit idem etiam Bonum:

c Sequitur, 10. *sumenda esse elementa generalia de Bono*:

d Ea verò sunt, *tùm definitiones Boni*; quarum 1. sumitur ratione *electionis*; estque gemina.

2. Ratione *appetitus*:

3. Rat. *Intellectus*; estque duplex, &c.

4. Rat *optimæ dispositionis*; & sufficientiæ.

e *Tum etiam descriptio Utilis. in genere sumpti*, tripartita:

1. 2. 3.

f Distinct. 2. partis.

g Distinct. 1. part.

[a] Quoniam autem propositus est deliberanti scopus, *id quod* Utile *est*: * consultant autem *auditores* non de fine, sed de iis *rebus*, quæ ad finem *ordinantur*: Hæc autem sunt *ea*, *quæ* in actionibus utilia: [b] *Quod* verò utile *est*, *id etiam est* bonum: [c] Sumenda erunt Elementa de Bono, ac de Utili simpliciter *dicto*. ¶ 2. [d] Sit igitur Bonum, quod ipsum sui gratiâ eligendum sit; & cujus gratiâ, aliud eligimus: [2] Et quod appetunt omnia, vel omnia sensum habentia, aut mentem, aut si assumerent mentem: [3] Et quæcunq; mens unicuique dictaverit; & quæcunque mens, *quæ* cuique *inest*, dictaverit unicuique, illud est unicuiq; bonum: [4] Et quo præsente, *quis* benè dispositus est, & *seipso* contentum *se* habet; & *id* quod *sibi* sat *est ut nullo amplius indigeat*. ¶ 3. [e] Et quod idoneum *est* ad [1] efficienda, & custodienda talia: [2] Et quod ejusmodi *bona* consequuntur: [3] Et quæ *idonea sunt* ad prohibenda *seu tollenda* contraria, & quæ ad corrumpenda: ¶ 4. [f] Consequuntur autem *res aliæ alias* dupliciter: Aut enim simul, aut posteriùs: Veluti, disciplinam quidem, scientia, posteriùs; sanitatem verò simul, vita *consequitur*. 5 [g] Ac *idonea*

Ἐπεὶ δὲ πρόκειται τῷ συμβουλεύοντι σκοπὸς, τὸ συμφέρον· βουλεύονται δὲ, οὐ περὶ τοῦ τέλους, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὸ τέλος*· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ συμφέροντα κατὰ τὰς πράξεις· τὸ δὲ συμφέρον, ἀγαθόν· ληπτέον ἂν εἴη στοιχεῖα περὶ ἀγαθοῦ καὶ συμφέροντος ἁπλῶς. ¶ 2. Ἔστω δὴ ἀγαθὸν, ὃ ἂν αὐτὸ ἑαυτοῦ ἕνεκα ᾖ αἱρετόν· καὶ οὗ ἕνεκα ἄλλο αἱρούμεθα· καὶ οὗ ἐφίεται πάντα, ἢ πάντα τὰ αἴσθησιν ἔχοντα ἢ νοῦν, ἢ εἰ λάβοι νοῦν· καὶ ὅσα ὁ νοῦς ἂν ἑκάστῳ ἀποδοίη· καὶ ὅσα ὁ περὶ ἕκαστον νοῦς ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ, τοῦτό ἐστιν ἑκάστῳ ἀγαθόν· καὶ οὗ παρόντος, εὖ διάκειται καὶ αὐτάρκως ἔχει· καὶ τὸ αὔταρκες. ¶ 3. Καὶ τὸ ποιητικὸν, ἢ φυλακτικὸν τῶν τοιούτων· καὶ ᾧ ἀκολουθεῖ τὰ τοιαῦτα· καὶ τὰ κωλυτικὰ τῶν ἐναντίων, καὶ τὰ φθαρτικά. 4. Ἀκολουθεῖ δὲ διχῶς†· ἢ γὰρ ἅμα, ἢ ὕστερον· οἷον, τῷ μὲν μανθάνειν τὸ ἐπίστασθαι, ὕστερον· τῷ δὲ ὑγιαίνειν τὸ ζῆν, ἅμα. 5. Καὶ τὰ ποιητικὰ τριχῶς, τὰ μὲν, ὡς τὸ ὑγι-

* Conjun. 3. Ethic. cap. 5.

† Conjun. 3. Topic. c. 2. p. 1.

ὑγιαίνειν, ὑγιείας· τὰ δὲ, ὡς σιτία, ὑγιείας· τὰ δὲ, ὡς τὸ γυμνάζεσθαι, ὅτι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ποιεῖ ὑγίειαν. ¶ 6. Τούτων δὲ κειμένων, ἀνάγκη τάς τε λήψεις τῶν ἀγαθῶν ἀγαθὰς εἶναι, καὶ τὰς τῶν κακῶν ἀποβολάς· ἀκολουθεῖ γὰρ, τῇ μὲν, τὸ μὴ ἔχειν τὸ κακὸν, ἅμα· τῇ δὲ, τὸ ἔχειν τὸ ἀγαθὸν, ὕστερον. 7. Καὶ ἡ ἀντὶ ἐλάττονος ἀγαθοῦ, μείζονος λῆψις· καὶ ἀντὶ μείζονος κακοῦ, ἐλάττονος· ᾧ γὰρ ὑπερέχει τὸ μεῖζον τοῦ ἐλάττονος, τοῦτο γίνεται, τοῦ μὲν, λῆψις· τοῦ δ', ἀποβολή. 8. Καὶ τὰς ἀρετὰς δὲ ἀνάγκη ἀγαθὸν εἶναι· κατὰ γὰρ ταύτας εὖ τε διάκεινται οἱ ἔχοντες, καὶ ποιητικαὶ τῶν ἀγαθῶν εἰσὶ, καὶ πρακτικαί· περὶ ἑκάστης δὲ, καὶ τίς, καὶ ποία, χωρὶς ῥητέον †. 9. Καὶ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι· πάντα γὰρ ἐφίεται τὰ ζῶα αὐτῆς τῇ φύσει· ὥστε καὶ τὰ ἡδέα καὶ τὰ καλὰ ἀνάγκη ἀγαθὰ εἶναι· τὰ μὲν γὰρ, ἡδονῆς ποιητικά· τῶν δὲ καλῶν, τὰ μὲν, ἡδέα· τὰ δὲ, αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ αἱρετά ἐστιν. 10. Ὡς δὲ κατὰ ἓν εἰπεῖν, ἀνάγκη ἀγαθὰ εἶναι τάδε· εὐδαιμονία· καὶ γὰρ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν, καὶ αὔταρκες, καὶ ἕνεκα αὐτοῦ πολλὰ αἱρούμεθα. 11. Δικαιοσύνη, ἀνδρεία, σωφροσύνη, μεγαλοψυχία, μεγαλοπρέπεια, καὶ αἱ ἄλλαι αἱ τοιαῦται ἕξεις· ἀρεταὶ γὰρ ψυχῆς. 12. Καὶ ὑγίεια, καὶ κάλλος, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἀρεταὶ γὰρ σώματος, καὶ ποιητικαὶ πολλῶν· οἷον ὑγίεια, καὶ ἡδονῆς, καὶ τοῦ ζῆν· διὸ καὶ ἄριστον δοκεῖ εἶναι, ὅτι δύο τῶν τοῖς πολλοῖς τιμιωτάτων αἴτιόν ἐστιν, ἡδονῆς, καὶ τοῦ ζῆν·

* Cap. 9. à part. 8.

sunt ad efficiendum tripliciter; Alia quidem *interna & immediata*, uti sanum esse *est causa* sanitatis; alia *magis remota*, uti alimentum sanitatem *efficit*; alia verò *externa*, ut exercitatio; quià *hæc* sanitatem plerumque efficit. ¶ 6. [h] His autem positis, necesse est, *ut* & sumptiones bonorum bonæ sint, & malorum depulsiones: * His enim *sumptionibus*, simul consequens est, *ut* non habeamus malum; illis verò *depulsionibus*, Posteriùs *consequens est*, ut habeamus bonum. 7. [i] Et pro minori bono, majoris sumptio; & pro majori malo, minoris, [k] Quâ enim *parte aliquod* majus superat *id quod est* minus, hæc *pars* fit illius quidem *majoris boni*, sumptio; hujus verò *majoris mali*, depulsio: 8. [l] Et virtutes sanè necesse *est ut* bonum sint: Etenim secundùm has & benè afficiuntur *ii* qui *ipsas* habent; [m] & *idoneæ* sunt *ista* ad bona efficienda, & agenda: De unaquaque autem *virtute*, & Quæ, & Cujusmodi *sit*, seorsim *posteà* dicendum. 9. [n] Et *ut* voluptas bonum sit: Omnia enim animalia appetunt ipsam naturæ *ducta*: [o] Quare & *illa quæ* jucunda, & pulchra *seu honesta sunt*, bono esse necesse *est*: [p] Illa enim, voluptatis efficientia *sunt*: [q] Eorum autem quæ pulchra *seu honesta sunt*, quædam jucunda; quædam ipsa per se sunt eligenda. 10. [r] Ut autem de singulis dicam, necesse *est* ut bona sint hæc: [1] fœlicitas; *quia* & per se eligenda *est*, & se ipsâ contenta; & ipsius gratiâ multa eligimus: 11. [2] Justitia, fortitudo, temperantia, magnanimitas, magnificentia, & alii ejusmodi habitus: virtutes enim animi *sunt*: 12. [3] Et sanitas, & pulchritudo, & ejusmodi: Virtutes enim *sunt* corporis, & [f] conficientes *bonorum* multorum; velut sanitas *conficiens est* & voluptatis, & vitæ: Quamobrem etiam *in Epigrammate Deliaco*, OPTIMUM videtur esse; quia duorum quæ apud multitudinem maximè honorantur, causa est; voluptatis, & vitæ: 13. [4] Divitiæ; quiâ

h Ex præmissis definit., *colligendæ sunt propositiones, seu formæ*, primùm quidem *Generales*, de *Bonis iis, quæ apud omnes certa sunt & in confesso*: Quarum 1a *bimembr.*

* Probatur ex descriptione utilis:

i 2a *forma*;

k Probatur ex formâ præcedenti.

l 3a *forma*, probatur tùm ex definit. boni, 4a;

m Tùm ex descriptione utilis.

n 4a *forma*, prob. ex definitione boni, 2a.

o Ex 4a formâ, colligitur 5a *bimembris*; cujus,

p Prior pars, probatur ex definitione utilis:

q Posterior, ex parte priore, & definitione boni, 1a.

r *Sequuntur formæ* de bonis confessis *speciales*, ex generalib. deductæ.

1a *De felicitate*; ducitur ex definitionibus boni, 1a. & 4a.; & iterum ex 1a.

2a *De bonis Moralibus*; elicitur ex forma generali, 3a.

3a *De bonis corporis*; probatur ex part. 16a cap. præcedentis;

f Et ex definitione utilis.

4a *De divitiis*; probatur 1. ratione:

2. ex definit. utilis.
5[a] *De amicitiâ*; probatur ex definit. 1 a & ex definit. utilis.

6[a] *De honore & gloriâ*; ducitur ex formâ generali 5 a, ; & probatur ex definit. utilis.

7[1] *De facultatibus animi*, tùm.
t Art fi iosis; probatur; ex definit. utilis:
u Tùm naturalibus, ingenii.

x Itemque *de ſcientiis*.
8[a] *De ipſo vivere*; probatur ex definitione 1 a.

9[a] *De juſto*; nititur communitate boni.

y Epilog. De bonis confeſſis, & certis.
z 2 Formæ *de bonis dubiis & controverſis*, ſumuntur ſex modis: 1. Ratione *Oppoſitionis*, tres ſunt;
1.
2.

3. Forma apparens, & ſophiſtica;

a Probat. ex Iliad. 10, ubi Neſtor, Græcorum ſimultatem ait, hoſtibus fore jucundam.
b Forma hæc 3 a, non univerſalis eſt, ſed plerunque ſe habens.

c 2 Ratione *exuperantiæ bonæ*; unica.

d 3 *Rat. laborum & ſumptuum multorum*; forma,
Probatur, * tùm quià apparet eſſe bonum;
e Tùm quià finis eſt, & cauſa bonorum:

quià *ſunt* [1] virtus poſſeſſionis, & [2] conficientes multorum: [5] Amicus & amicitia; etenim per ſe *res* electione digna *eſt* amicus, & conficiens multorum: [6] Honor, gloria: etenim jucunda ſunt, & conficientia multorum; & ipſa plerunque *hoc* conſequitur, ut adſint *illa*, propter quæ *homines* honorantur. 14. [7] Facultas dicendi, agendi; quia [t] conficientia *ſunt* hujuſmodi omnia, bonorum: [u] Præterea, indoles, memoriæ firmitas, docilitas, acumen ingenii, omnia ejuſmodi: conficientes enim bonorum ſunt facultates hæ: [x] ſimilitèr verò etiam ſcientiæ omnes, & artes: 15. Et [8] vivere: Si enim nullum aliud ſequeretur bonum, *vivere tamen ipſum* per ſe eligendum eſt: 16. [9] Et juſtum: utile enim quoddam communitèr eſt *toti civitati*. [y] Atque hæc quidem ferè confeſſa, *ſeu omnium confeſſione* cenſentur bona. ¶ 17. [z] In controverſis autem *bonis*, *ſumendi erunt* ſyllogiſmi ex *formis* his: [1] Cui contrarium malum, id bonum: 18. Et [2] cujus contrarium inimicis prodeſt; velut, ſi timidos eſſe, maximè prodeſt inimicis, perſpicuum *eſt* fortitudinem maximo emolumento civibus *eſſe*: 19. [3] Et omninò, quod inimici volunt, vel quo gaudent; contrarium huic, emolumento *eſſe ſpecie tenus* apparet: Quamobrem rectè dictum eſt à Neſtore,

[a] "*Certè gaudebit Priamus*: ——

[b] Eſt autem non ſemper hoc *verum*, ſed plerumque: nihil enim prohibet, aliquando idem prodeſſe *hominibus inter ſe* diſſidentibus: unde *Proverbio* dicitur, MALA conciliare homines, quando ſit idem utriuſque detrimentoſum. 20. [c] Et cujus non eſt exuperantia, hoc bonum: quod autem fuerit majus quàm oportet, *id* malum: 21. [d] Et cujus gratiâ multi labores *ſuſcepti*, vel *multi* ſumptus facti ſunt: * ſpeciem enim *quandam* boni *in ſe hoc hab.t*; & ut [e] finis jam hujuſmodi *omne* habetur; & *ut* finis multorum: Finis autem, bonum *quoddam eſt*:

13. Πλοῦτος· ἀρετὴ γὰρ κτήσεως, καὶ ποιητικὸν πολλῶν· φίλος καὶ φιλία· καὶ γὰρ καθ' αὑτὸν αἱρετὸν ὁ φίλος, καὶ ποιητικὸν πολλῶν· τιμή, δόξα· καὶ γὰρ ἡδέα, καὶ ποιητικὰ πολλῶν, καὶ ἀκολουθεῖ αὐτοῖς ὡς ἐπιτοπολύ, τὸ ὑπάρχειν ἐφ' οἷς τιμῶνται. 14. Δύναμις τοῦ λέγειν, τοῦ πράττειν· ποιητικὰ γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀγαθῶν· ἔτι, εὐφυΐα, μνῆμαι, εὐμάθεια, ἀγχίνοια, πάντα τὰ τοιαῦτα· ποιητικαὶ γὰρ αὗται ἀγαθῶν αἱ δυνάμεις εἰσίν· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἐπιστῆμαι πᾶσαι, καὶ αἱ τέχναι. 15. Καὶ τὸ ζῆν· εἰ γὰρ μηδὲν ἄλλο ἕποιτο ἀγαθόν, καθ' αὑτὸ αἱρετόν ἐστι. 16. Καὶ τὸ δίκαιον· συμφέρον γάρ τι κοινῇ ἐστι. Ταῦτα μὲν οὖν σχεδὸν τὰ ὁμολογούμενα, ἀγαθά ἐστιν. ¶ 17. Ἐν δὲ τοῖς ἀμφισβητησίμοις, ἐκ τῶνδε οἱ συλλογισμοί· ᾧ τὸ ἐναντίον κακόν, τοῦτ' ἀγαθόν. 18. Καὶ οὗ τὸ ἐναντίον τοῖς ἐχθροῖς συμφέρει· οἷον, εἰ τὸ δειλοὺς εἶναι μάλιστα συμφέρει τοῖς ἐχθροῖς, δῆλον ὅτι ἀνδρεία μάλιστα ὠφέλιμον τοῖς πολίταις. 19. Καὶ ὅλως, ὃ οἱ ἐχθροὶ βούλονται, ἢ ἐφ' ᾧ χαίρουσι, τοὐναντίον τούτῳ ὠφέλιμον φαίνεται. Διὸ εὖ εἴρηται,
"Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος· --
* Ἔστι δὲ οὐκ ἀεὶ τοῦτο, ἀλλ' ὡς ἐπιτοπολύ· οὐδὲν γὰρ κωλύει ἐνίοτε ταὐτὸ συμφέρειν τοῖς ἐναντίοις· ὅθεν λέγεται, ὡς τὰ κακὰ συνάγει τοὺς ἀνθρώπους *, ὅταν ᾖ ταὐτὸ βλαβερὸν ἀμφοῖν. 20. Καὶ οὗ μή ἐστιν ὑπερβολή, τοῦτο ἀγαθόν· ὃ δ' ἂν ᾖ μεῖζον ἢ δεῖ, κακόν. 21. Καὶ οὗ ἕνεκα πολλὰ πεποίηται, ἢ δεδαπάνηται· φαινόμενον γὰρ ἀγαθὸν ἤδη· καὶ ὡς τέλος ἤδη τὸ τοιοῦτον ὑπολαμβάνεται· καὶ τέλος πολλῶν·

* Conjun. 5 Polit. cap. 5.

*Part.2.

λῶν· τὸ δὲ τέλος, ἀγαθόν· ὅθεν ταῦτ' εἴρηται·

"Κὰδ δέ κεν εὐχωλὴν Πριάμῳ·
καὶ,
"Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν·
καὶ ἡ παροιμία δὲ,
"Τὸ, ἐπὶ θύραις τὴν ὑδρίαν.

22. Καὶ οὗ πολλοὶ ἐφίενται, καὶ τὸ περιμάχητον φαινόμενον· οὗ γὰρ πάντες ἐφίενται, τοῦτο ἀγαθὸν ἦν *· οἱ δὲ πολλοὶ, ὥσπερ πάντες φαίνονται. 23. Καὶ τὸ ἐπαινετόν· οὐδεὶς γὰρ τὸ μὴ ἀγαθὸν ἐπαινεῖ. 24. Καὶ ὃ οἱ ἐχθροὶ καὶ οἱ φαῦλοι ἐπαινοῦσιν· ὥσπερ γὰρ πάντες ἤδη ὁμολογοῦσιν, εἰ καὶ οἱ κακῶς πεπονθότες· διὰ γὰρ τὸ φανερὸν, ὁμολογήσαιεν ἄν· ὥσπερ καὶ φαῦλοι, οὓς οἱ φίλοι ψέγουσι· καὶ ἀγαθοὶ, οὓς οἱ ἐχθροὶ μὴ ψέγουσι· διὸ λελοιδορῆσθαι ὑπέλαβον Κορίνθιοι ὑπὸ Σιμωνίδου ποιήσαντος, "Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον. 25. Καὶ ὃ τῶν φρονίμων τὶς, ἢ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἢ γυναικῶν προέκρινεν· οἷον, Ὀδυσσέα Ἀθηνᾶ καὶ Ἑλένην Θησεὺς, καὶ Ἀλέξανδρον αἱ θεαὶ, καὶ Ἀχιλλέα Ὅμηρος. 26. Καὶ ὅλως τὰ προαιρετά· προαιροῦνται δὲ πράττειν τά τε εἰρημένα, καὶ τὰ τοῖς ἐχθροῖς κακὰ, καὶ τὰ τοῖς φίλοις ἀγαθά. 27. Καὶ τὰ δυνατά· ταῦτα δὲ διχῶς ἐστὶ, τά τε γενόμενα ἂν, καὶ τὰ ῥᾳδίως γιγνόμενα· ῥᾴδια δὲ, ὅσα ἢ ἄνευ λύπης, ἢ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ· τὸ γὰρ χαλεπὸν ὁρίζεται ἢ λύπῃ, ἢ πλήθει χρόνου. 28. Καὶ ἐὰν ὡς βούλονται· βούλονται δὲ, ἢ μηδὲν κακὸν, ἢ ἔλαττον τοῦ ἀγαθοῦ· τοῦτο δ' ἔσται, ἐὰν ἢ λανθάνῃ ἡ τιμωρία, ἢ μικρὰ ᾖ. 29. Καὶ τὰ ἴδια·

Unde illa dicta sunt à *Junone*,

[f] " *Et certè famam Priamo:*——Et *ab Ulysse*,

[2] " *Sed turpe est mansisse diu:*——Et Proverbium sanè *hoc*,

[3] " *In foribus urceum aquæ plenum frangere.*

22. [g] Et quod multi ap[illegible]unt,& quod pugnâ dignum *specie* [illegible] apparet: Quod enim omnes appetunt, hoc bonum *esse definitum* fuit: Multi autem, tanquam omnes *esse specie tenus* apparent. 23.[h] Et [1] quod laudabile *est*: nemo enim *id apertè* laudat,*quod* non *est* bonum. 24. [2] & quod inimici & improbi *homines* laudant*: perinde* enim *est*, quasi jam omnes confiteantur; si etiam *illi*, qui malè *à quoquam* affecti sunt, *illud probent:* ob *id* enim, *quia* manifestum *est*, confiteantur *utique:* [i] ut & improbi *censentur ij*,quos amici vituperant; & probi, quos inimici non vituperant: Quamobrem *se* convitio affectos esse existimârunt Corinthij a Simonide, qui *ambiguè* cecinit; *Corinthios verò ne accusat quidem Ilium*. 25. [k] Et quod ex prudentibus aliquis, vel bonis viris, vel mulieribus, *suo judicio cæteris* anteposuit; velut, Ulyssem Minerva, & Helenam Theseus,& Alexandrum *tres* Deæ,& Achillem Homerus. 26. [l] Et omninò, *quæ* præeligenda *sunt:* præeligunt autem *homines* ut agant, & " *ea quæ* dicta *sunt*, & *quæ* [1] inimicis mala, ac *quæ* amicis bona. 27. Et [2] *quæ sunt* possibilia: [m] hæc autem sunt bipartita, *nempe* & ea quæ facta sunt, & ea quæ facilè fiunt: facilia verò *sunt*, quæcunque vel sine molestiâ *fiunt*, vel brevi tempore: Difficile enim definitur vel molestiâ, vel longitudine temporis. 28. Et *ea præeligunt*, [3] si *quæ sic fiunt* ut *ipsi* volunt*:* Volunt autem vel [n] nullum malum, vel [o] minus quàm *est ipsum* bonum: Hoc verò erit, si vel lateat pœna, vel parva fit. 29. Et [4] *quæ cujusque* propria*:* Et quæ nemo *alius obire vel præstare potest*. 30. Et [5] *ea quæ præ aliis omnibus sunt* eximia*:* Sic enim *his* magis

f Exempl. 1. ex Iliad.2.

2 m. Ex Iliad.2.

3 m.

g 4 *A desyderiis hominum, de ea re excitatis*, & à concertatione inter se, de eadem; forma hæc ducitur à definit.2 a.

h 5 Rat. *laudis*; 1 a forma de eo, quod omnes laudant:

2 a For. est de laude inimicorum & improborum; probaturq; à definit. boni 3 a:

i Et è contra, de vituperio amicorum, ac de non vituperio inimicorum.

k 6. *A judicio prudentium & bonorum* virorum; aut lectissimarum fœminarum.

l 7.Ratione *præelectionis*; omninò. n.omnes & * illa omnia,quæ supra exposita sunt,cæteris posthabitis, probant; & illa etiam quæ sequentibus formis continentur: utpote illa

1. Quæ inimicis obsunt: &c.
2. Quæ possibilia, sive facilia factu sint, sive jam facta:

m Facilia factu, sunt duplicia.

3. Quæ fiunt ex sententiâ.

n Sive sint sincere bona;

o Sive admixtum habeant minus mali,quàm boni; nimirum,cùm pœnam vel omninò non sentiamus, vel minimam saltem.

4. Quæ propria, & non alieni juris.
5. Quæ eminent inter alia sui generis;

Probatur à forma generali 6ª.

6. Quæ ipsis accommodata sunt, sive familiæ jure, sive ex facultate & viribus.

7. Quæ sibi adhuc desiderari putant, tametsi perpusilla fuerint.

8. Quæ nullo negotio confici, & ad exitum perduci possunt.

p Facilè absolvi possunt ea, Tùm quæ alii omnes, vel multi, &c. præstiterunt:

q Tùm quibus gerendis, gratificabuntur amicis, vel dolorem inurent inimicis.

9. Quæ ii, quos admirantur, aliis rebus relictis, agere student.

10. Ad quæ vel naturâ, & acumine ingenii; vel usu, se aptos intelligunt.

11. Quæ nemo è populo, aut parvi pretii homo attingat.

12. Quæ homines agere, valde cupiunt; Rat. duplex, &c.

13 Maximè denique illa, quæ ità diligunt, ut inde τοιοῦτοι appellentur, i. ad illas res propensi & quasi facti.

gis honor *accesserit*. 31. [6] Et congruentia ipsis: talia autem *sunt*, tùm quæ conveniunt propter genus, tùm *propter* facultatem. 32. Et [7] quæ deficere arbitrantur, etiamsi parva sint: nihil enim minùs præeligunt hæc, ut agant. 33. Et [8] quæ benè deducuntur in actum: *Sunt enim ista* possibilia, tanquam facilia: p Benè autem deducuntur in actum, tùm *illa* quæ omnes, vel multi, vel similes, vel inferiores *rectè & fæliciter* absolverunt; Tùm q *illa* quibus gratum *quicquam* facient amicis & quæ molestiam parient inimicis 34. Et [9] quæcunq; *ii* quos admirantur, præeligunt *ut* agant. 35. Et [10] ad quæ ingeniosi sunt & experti: faciliùs enim *se* rectè effecturos arbitrantur. 36. Et [11] quæ nemo nequam *homo perficeret*: Laudanda enim magis *quæ tales perficere desperent*. 27. Et [12] quorum *homines* cupiditate flagrant: Non enim solùm jucundum *hoc est*, sed & melius *esse specie tenus* apparet. 38. Et *ea* maximè singuli *præeligunt agere*, [13] ad quæ comparati *dicuntur*; velut, si victoria *proposita* sit *futura*, *hanc affectant* studiosi victoriæ; si honor, studiosi honoris; si pecuniæ, studiosi pecuniarum; & alii eôdem modo. Ac de bono quidem & utili *simpliciter dicto*, ex his *elementis & formis* sumenda *est* fides.

καὶ ἃ μηδείς. 30. Καὶ τὰ περιττά· τιμὴ γὰρ οὕτω μᾶλλον. 31. Καὶ τὰ ἁρμόττοντα αὐτοῖς· τοιαῦτα δὲ τά τε προσήκοντα κατὰ γένος καὶ δύναμιν. 32. Καὶ ὧν ἐλλείπειν οἴονται, κἂν μικρὰ ᾖ· οὐδὲν γὰρ ἧττον προαιροῦνται ταῦτα πράττειν. 33. Καὶ τὰ εὐκατέργαστα· δυνατὰ γὰρ, ὡς ῥᾴδια. εὐκατέργαστα δὲ, καὶ ἃ πάντες, ἢ οἱ ὅμοιοι, ἢ οἱ ἥττους κατώρθωσαν· καὶ ἃ χαριοῦνται τοῖς φίλοις, ἢ ἃ ἀπεχθήσονται τοῖς ἐχθροῖς· 34. Καὶ ὅσα οὓς θαυμάζουσι προαιροῦνται πράττειν. 35. Καὶ πρὸς ἃ εὐφυεῖς * εἰσὶ καὶ ἔμπειροι· ῥᾷον γὰρ κατορθώσειν οἴονται. 36. Καὶ ἃ μηδεὶς φαῦλος· ἐπαινετὰ γὰρ μᾶλλον. 37. Καὶ ὧν ἐπιθυμοῦντες τυγχάνουσιν· οὐ γὰρ μόνον ἡδὺ, ἀλλὰ καὶ βέλτιον φαίνεται. 38. Καὶ μάλιστα ἕκαστοι πρὸς ἃ τοιοῦτοι· οἷον, οἱ φιλόνικοι, εἰ νίκη ἔσται· οἱ φιλότιμοι, εἰ τιμή· οἱ φιλοχρήματοι, εἰ χρήματα· καὶ οἱ ἄλλοι ὡσαύτως· περὶ μὲν οὖν ἀγαθοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος, ἐκ τούτων ληπτέον τὰς πίστεις.

* Conjun. *sect.* 18. *problem.* 6.

Formæ de bonis comparatis.

CAP. VII.

Elementa de majori & magno, Part. 2. Ex quibus unâ cum definitionibus boni capite præcedenti præmissis, colliguntur formæ de Majori bono & utili, sivè de meliori & utiliori, à Part. 3.

a Propositio sequentium, de Magis vel Minus Utili; seu de Meliori & Pejori.

b Præmissis igitur *elementis communibus* sc. Tùm Quid sit *superans*; & Quid *deficiens*.

a QUoniam autem sæpè *in Deliberando*, qui confitentur utrumq; utile esse, de *eo*, AN *sit* MAGIS *utile*, controversantur; deinceps *sequitur*, *ut* dicamus de Majori bono, & *de* Magis utili. ¶ 2. b Sit igitur SUPERANS, tantum *quantum id quod superatum est*, & *etiam* amplius: *Quod* SUPERATUR verò, *sit illud* quod est *in eo quod superat*:

ΕΠεὶ δὲ πολλάκις ὁμολογοῦντες ἄμφω συμφέρειν, περὶ τοῦ μᾶλλον † ἀμφισβητοῦσιν, ἐφεξῆς ἂν εἴη λεκτέον περὶ τοῦ μείζονος ἀγαθοῦ, καὶ τοῦ μᾶλλον συμφέροντος ‖. 2. Ἔστω δὴ ὑπερέχον μὲν, τοσοῦτον καὶ ἔτι· ὑπερεχόμενον δὲ, τὸ ἐνυπάρχον· καὶ

† Conjun. c.3.p.17.

‖ Conjun. 3. *Topic.* c. 2. p.6.

μεῖζον

μεῖζον μὲν ἀεὶ καὶ πλεῖον πρὸς ἔλαττον· μέγα δὲ καὶ μικρὸν, καὶ πολὺ καὶ ὀλίγον, πρὸς τὸ τῶν πολλῶν μέγεθος· καὶ ὑπερέχον μὲν τὸ μέγα· τὸ δὲ ἐλλεῖπον μικρόν· καὶ πολυ, καὶ ὀλίγον ὡσαύτως. 3. Ἐπεὶ δὲ ἀγαθὸν λέγομεν, τότε αὐτὸ αὑτοῦ ἕνεκα καὶ μὴ ἄλλου αἱρετόν· καὶ οὗ πάντα ἐφίεται· καὶ ὃ νοῦν ἂν καὶ φρόνησιν λαβόντα ἕλοιτο· καὶ τὸ ποιητικὸν καὶ τὸ φυλακτικὸν, ἢ ᾧ ἕπεται τὰ τοιαῦτα· τὸ δ' οὗ ἕνεκα, τὸ τέλος ἐστί· τέλος δ' ἐστὶν, οὗ ἕνεκα τὰ ἄλλα· αὐτῷ δὲ ἀγαθὸν, τὸ πρὸς αὐτὸ ταῦτα πεπονθός. 4. Ἀνάγκη τά τε πλείω τοῦ ἑνὸς * καὶ τῶν ἐλαττόνων, συναριθμουμένου τοῦ ἑνὸς ἢ τῶν ἐλαττόνων, μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι· ὑπερέχει γάρ· τὸ δὲ ἐνυπάρχον, ὑπερέχεται. 5. Καὶ ἐὰν τὸ μέγιστον τοῦ μεγίστου ὑπερέχῃ, † καὶ αὐτὰ αὐτῶν· καὶ ὅσα αὐτὰ αὐτῶν, καὶ τὸ μέγιστον τοῦ μεγίστου· οἷον, εἰ ὁ μέγιστος ἀνὴρ γυναικὸς τῆς μεγίστης μείζων, καὶ ὅλως οἱ ἄνδρες τῶν γυναικῶν μείζους· καὶ εἰ οἱ ἄνδρες τῶν γυναικῶν ὅλως μείζους, καὶ ἀνὴρ ὁ μέγιστος τῆς μεγίστης γυναικὸς μείζων· ἀνάλογον γὰρ ἔχουσιν αἱ ὑπεροχαὶ τῶν γενῶν, καὶ τῶν μεγίστων ἐν αὐτοῖς. 6. Καὶ ὅταν, τόδε μὲν τῷδε ἕπηται, ἐκεῖνο δὲ τούτῳ μή· ἕπεται δὲ, ἢ τῷ ἅμα, ἢ τῷ ἐφεξῆς, ἢ τῇ δυνάμει ‖· ἐνυπάρχει γὰρ ἡ χρῆσις ἡ τοῦ ἑπομένου ἐν τῇ θατέρου· ἕπεται δὲ, ἅμα μὲν τῷ ὑγιαίνειν τὸ ζῆν, τούτῳ δὲ ἐκεῖνο οὔ· ὕστερον δὲ, τῷ μανθάνειν τὸ ἐπίστασθαι· δυ-

*Conjun. 3. Topic. ca.2.p.2.

† Conjun. 3. Top.c. 2. p.17. 18.

‖ Conjun. ca.6.p.4.

[c] Et MAJUS quidem *in quantitate*, & PLUS *in numero*, semper *refertur* ad *unum aliquod* MINUS: MAGNUM verò & PARUUM, ac MULTUM & PAUCUM, ad plurimorum *referuntur* magnitudinem *&* *numerum*: Et superans quidem, magnum *dicitur*, at deficiens, paruum: Et multum, & paucum eodem modo. ¶ 3. [e] Quoniam igitur Bonum dicimus, & quod ipsum sui gratiâ, & non alterius, eligendum *est*; & quod omnes appetunt; & quod illa quæ mentem ac prudentiam acceperint, eligerent; & quod *idoneum est* ad efficiendum atq; custodiendum *bona*, aut quod hujusmodi *bona* consequuntur: [f] Id autem cujus gratiâ *res eligitur*, finis est: Finis verò est, cujus gratiâ alia *eliguntur*: [g] Ipsi autem *homini privato seu rei cuiq; id* bonum *est*, quod ad ipsum *se* habet iis *rationibus*, quas *jam descripsimus*: 4. [h] Necesse *est*, & ut plura *bona*, quàm unum aut pauciora, *dummodò* illud unum aut pauciora connumerentur, sint majus bonum: *Illa* enim superant; at q[d] *iisdem* continetur, *&* *inest ab ipsis* superatur. 5. [i] Et si maximum *in uno genere* superet maximum *in alio*; etiam *ipsorum generum* unum *superabit* alterum: [k] Et *vicissim*, quorumcunq; *generum* unum *excedat* alterum, etiam maximum *in uno eorum*, *excedit* maximum *in altero*;[l] veluti, si maximus vir muliere maximâ major *est*; etiam omninò viri mulieribus *sunt* majores: [m] Et si viri mulieribus omninò majores *sunt*, etiam vir maximus maximâ muliere major *est*: Proporti one enim respondent *inter se* exuperantiæ *ipsorum* generum, & maximarum *rerum quæ sunt* in ipsis. 6. [n] Et quando, hoc quidem illi consequens sit, illud verò huic nequaquam: Consequens verò *unum alteri* est, vel *quia* simùl *consequitur*, vel *quia* deinceps, vel *quia* facultate: Inest enim usus Consequentis in *usu* Antecedentis: [o] Simùl autem consequens est. ex: g. *si* sanus est, ut vivat; huic verò illud non *simul & necessariò est consequens*: [p] Posteriùs verò *consequens*

c Tùm quæ bonum species: Dicitur enim *superans*, vel *Maius & plus*, quæ referuntur ad *unum certum terminum*; sc. Minus, quod superatur;

d Vel *Magnum & multum*, quæ indefinite referuntur *ad plures terminos*. Similiterq; Parvum & paucum.

e Deducit *elementa & formas de Meliori*, &c. hoc modo: Cùm enim e capite præcedenti sumptæ sint definitiones Boni 4. ; Quòd bonum sit id, quod sui gratiâ eligitur, *&c.*

f Id autem cujus gratiâ aliud elig. est finis: & finis grat. cætera eliguntur: & proinde bonum illud supra definitum erit absolute & omnibus bonum cujus gratiâ cæt. omnia eliguntur:

g Bonum autem, quod alicui & certo homini bonum est, illius hominis gratiâ comparatur, secundum definitiones universalis boni expositas:

h Sequentur inde, variæ formæ *de majori bono*, &c. quarum *Aliæ sunt ipsarum rerum*, QUAE *superant*; 1m quidem, *si in numero superent*: Plura bona sunt majus bonum, quàm unum aut pauciora.

i Deinde, *si in magnitudine superent* secundùm proportionem: v. g. Si maximum in hoc genere superet maximum in illo; etiam hoc genus, majus erit illo.

k Et conversim: Si hoc genus superet illud, &c.

l Exemplum prioris partis directæ;

m Posterioris conversæ.

n Tertiò, *Si superent in Consequentiâ*: Quod enim est consequens, majus est, quàm antecedens.

Consequens autem. 3 x est; Simul; Posterius; & facultate.

o Consequens simul, quid.

p Conseq. posteriùs, quid.

 est

q Conseq. facultate, quid.

r Aliæ for. collig. rat. eorum, QUIBUS *superant,* ut putà. 10 Rat. *graduum in mole, virtute,* &c. quibus unum, magis superat, quàm alterum.

20 Rat. *efficientia*: Majoris. n. boni efficiens est maius.

s Probatur forma ex definitione boni & utilis cap. 6. p. 3.

t Et conversim; Id cujus efficiens majus, ipsum est majus.

30 Rat. *electionis per se*;

u Prob. ex definit. boni 1a, cap. 6. p. 2.

40 Rat. *finis.*

x Probatur ex definit. boni 1a: quia hujusmodi bonum propter se suscipitur, non propter aliud.

50 Rat. *tum ejus, quòd minus indigeat*:

y Probatur ex definitione boni 4a.

z Tum ejus, quòd sine illo esse possit; ità ut non sit illius indigens.

* Id aut. qd altero non indiget, est magis contentum.

a Proin qd sine illo esse possit, specie apparet majus bonum.

60 Ratione *Principii, & causæ*: Hic *Aliæ formæ,* constant *ex collatione termin. duorum*: viz.

Vel unius principii, cum una re producta;

Vel unius causæ, cum uno effectu.

b *Aliæ formæ* constant *ex collatione terminorum trium*: sc.

Vel unius rei productæ cum duobus principiis;

c Vel unius effectus cum duabus causis.

* Conversa, tùm prioris partis;

* Tum posterioris.

d Ex supradictis, corollarium 2a, quod specie tenus apparet esse verum: Nam

est; si discit ut sciat: q Facultate verò, *si* sacrilegium fecit *ut* surripiat: Qui enim sacrilegium fecerit, etiam surripiet. 7. r Et cùm duo seorsim eandem rem *superant,* quæ majori s *mole, motu, &c.* illam superant, *ea* majora *sunt*: Necesse enim *est* ut *hæc* superent etiam *id quod est re proposita* majus. 8. s Et majoris boni efficientia, majora *sunt* (t hæc enim definitio est *majoris boni,* ut *ipsum* sit majoris efficiens.) t Et *id* cujus efficiens majus, eodem modo: Si enim salubre magis eligendum, quàm jucundum, & majus bonum *sit*; etiam sanitas *erit* major quàm voluptas *seu jucunditas.* 9. 3 Et quod magis eligendum *est* per se quàm quod non per se: velut, robur, quam salubre: u Hoc enim non sui gratiâ; illud verò sui *gratiâ expetitur*; id quod Bonum esse *definivimus.* 10. 4 Et *si* alterum quidem sit finis, alterum verò non finis, *illud est majus bonum*: x Hoc enim alterius gratiâ; at illud sui *gratiâ suscipitur*; veluti, exerceri, ut benè *se* habeat corpus. 11. 5 Et quod minùs *est* indigens altero, vel aliis: suis enim *opibus est* magis contentum: y *Illud* autem minùs indiget, quod paucioribus *tantùm* vel facilioribus indiget. 12. z Et quando, unum quidem, sine hac re non sit, vel non possibile sit factum esse; alterum verò, sine hâc *omninò sit, ità ut non sit alterius indigens*: * *Illud* autem quod non *est alterius* indigens, magis *est* seipso contentum: a Quare apparet majus *esse* bonum. 13. 6 Et si *unum* principium sit, alterum verò non principium: Et si *unum* sit caussa, alterum verò, non causa; propter eandem *rationem illud majus est*: Nam sine causa vel principio, impossibile *est rem* esse, vel factam esse: 14. b Et cùm duo *sint* principia, quod *est* à majore principio, majus *est*: c Et cùm duæ causæ, quod *est* à majore causa, majus *est*. Et * *proinde* è converso; cùm principia duo *sint*, majoris *rei* principium, majus: * Et cum causæ duæ, majoris *rei* causa, *res* major. 15. d Perspicuum igitur *est* ex iis quæ

νάμις ἐστι, τὸν ἱεροσυλεῖν τὸ ἀποστερεῖν· ὁ γὰρ ἱεροσυλήσας, κἂν ἀποστερήσειε. 7. Καὶ τὰ ὑπερέχοντα τοῦ αὐτοῦ μείζονι, μείζω· ἀνάγκη γὰρ ὑπερέχειν καὶ τοῦ μείζονος. 8. Καὶ τὰ μείζονος ἀγαθοῦ ποιητικὰ, μείζω· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ μείζονος ποιητικῷ εἶναι· καὶ οὗ τὸ ποιητικὸν μεῖζον, ὡσαύτως· εἰ γὰρ τὸ ὑγιεινὸν αἱρετώτερον τοῦ ἡδέος, καὶ μεῖζον ἀγαθὸν, καὶ ἡ ὑγίεια τῆς ἡδονῆς μείζων. 9. Καὶ τὸ αἱρετώτερον καθ' αὑτὸ, † τοῦ μὴ καθ' αὑτό· οἷον, ἰσχὺς, ὑγιεινοῦ· τὸ μὲν γὰρ, οὐχ αὑτοῦ ἕνεκα· τὸ δὲ, αὑτοῦ, ὅπερ ἦν τὸ ἀγαθόν ‖. 10. Κἂν ᾖ, τὸ μὲν τέλος *, τὸ δὲ μὴ τέλος· τὸ μὲν γὰρ, ἄλλου ἕνεκα· τὸ δὲ, αὑτοῦ· οἷον, τὸ γυμνάζεσθαι, τοῦ εὖ ἔχειν τὸ σῶμα. 11. Καὶ τὸ ἧττον προσδεόμενον θατέρου, ἢ ἑτέρων· αὐταρκέστερον γάρ· ἧττον δὲ προσδεῖται τὸ, ἐλαττόνων ἢ ῥᾳόνων προσδεόμενον. 12. Καὶ ὅταν, τόδε μὲν ἄνευ τοῦδε μὴ ᾖ, ἢ μὴ δυνατὸν ᾖ γενέσθαι, θάτερον δὲ ἄνευ τούτου· αὐταρκέστερον δὲ τὸ μὴ δεόμενον· ὥστε φαίνεται μεῖζον ἀγαθόν. 13. Κἂν ᾖ ἀρχὴ, τὸ δὲ μὴ ἀρχή· κἂν ᾖ αἴτιον, τὸ δ' οὐκ αἴτιον, διὰ τὸ αὐτό· ἄνευ γὰρ αἰτίου καὶ ἀρχῆς, ἀδύνατον εἶναι, ἢ γενέσθαι. 14. Καὶ δυοῖν ἀρχαῖν, τὸ ἀπὸ τῆς μείζονος ἀρχῆς, μεῖζον· καὶ δυοῖν αἰτίοιν, τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος αἰτίου, μεῖζον· καὶ ἀνάπαλιν δὲ, δυοῖν ἀρχαῖν, ἡ τοῦ μείζονος ἀρχὴ, μείζων· καὶ δυοῖν αἰτίοιν, τὸ τοῦ μείζονος αἴτιον, μεῖζον. 15. Δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων,

* Conjun. 3. Top. ca 3. pa. 3.

† Conjun. 3. Top. c. 1. pa. 7.

‖ Supr. p. 3. & c. 6. p. 2.

* Conjun. 3. Top. c. 1. p. 14.

ευμένων, ὅτι ἀμφοτέρως μεῖζον ἐπιφαίνεσθαι· καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ τόδε, τὸ δὲ μὴ ἀρχή, δόξει μεῖζον εἶναι· καὶ εἰ μὴ ἀρχή, τὸ δὲ, ἀρχή· τὸ γὰρ τέλος, μεῖζον, καὶ οὐκ ἀρχή· ὥσπερ ὁ Λεωδάμας κατηγορῶν ἔφη Καλλιστράτου, τὸν βουλεύσαντα τοῦ πράξαντος μᾶλλον ἀδικεῖν· οὐ γὰρ ἦν πραχθῆναι μὴ βουλευσαμένου· πάλιν δὲ καὶ Χαβρίου, τὸν πράξαντα τοῦ βουλεύσαντος· οὐ γὰρ ἂν γενέσθαι, εἰ μὴ ἦν ὁ πράξων· τούτου γὰρ ἕνεκα ἐπιβουλεύουσι, ὅπως πράξωσι. 16. Καὶ τὸ σπανιώτερον τοῦ ἀφθόνου· ἔστιν, χρυσὸς σιδήρου, ἀχρηστότερος ὤν· μείζων γὰρ ἡ κτῆσις, διὰ τὸ χαλεπωτέραν εἶναι. 17. Ἄλλον δὲ τρόπον, τὸ ἄφθονον τοῦ σπανίου, ὅτι ἡ χρῆσις ὑπερέχει· τὸ γὰρ πολλάκις, τοῦ ὀλιγάκις ὑπερέχει· ὅθεν λέγεται,

"Ἄριστον μὲν ὕδωρ.

18. Καὶ ὅλως τὸ χαλεπώτερον τοῦ ῥᾴονος*· σπανιώτερον γάρ. 19. Ἄλλον δὲ τρόπον, τὸ ῥᾷον τοῦ χαλεπωτέρου· ἔχει γὰρ ὡς βουλόμεθα. 20. Καὶ ᾧ τὸ ἐναντίον μεῖζον. 21. Καὶ οὗ ἡ στέρησις μείζων. 22. Καὶ ἀρετὴ μὴ ἀρετῆς, καὶ κακία μὴ κακίας μείζων· τὰ μὲν γὰρ, τέλη· τὰ δ', οὐ τέλη. 23. Καὶ ὧν τὰ ἔργα καλλίω, ἢ αἰσχίω, μείζω αὐτά· καὶ ὧν αἱ κακίαι καὶ αἱ ἀρεταὶ μείζους, καὶ τὰ ἔργα μείζω· ἐπείπερ, ὡς τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαί, καὶ τὰ ἀποβαίνοντα· καὶ ὡς τὰ ἀποβαίνοντα, καὶ τὰ αἴτια καὶ αἱ ἀρχαί. 24. Καὶ ὧν ἡ ὑπεροχὴ αἱρετωτέρα, ἢ καλλίων†· οἷον, τὸ ἀκριβῶς ὁρᾶν, αἱρετώτερον τοῦ ὀσφραίνε-

*Conjun. 3. Top. c. 2. p. 14.

† Conjun. 3. Top. c. 3. p. 9.

dicta sunt, quòd utroq; modo aliquid *specie tenus* majus apparere potest: [e] Etenim, & si hoc *sit* principium, illud verò non principium, videbitur majus esse; [f] & si hoc, principium, illud verò non principium: *Quod* enim finis *est*, & non principium, majus *est*: [g] ut Leodamas dixit, accusans Callistratum; "EUM QUI consuluerit, quàm *qui malè* egerit, injustiùs fecisse: Quippe quod non actum fuisset, nisi *quis* consuluisset. [h] Rursus verò etiam Chabriam *accusans, dixit*, "EUM GRAVIUS *peccâsse* qui egerit, quàm qui consuluerit: quòd non factum esset, nisi fuisset, qui ageret: Nam hujus *rei* gratiâ consilium *homines* ineunt, ut agant. 16. [7] Et quod rarius, quàm quod copiosum *est*; velut, aurum quàm ferrum, *tametsi* minores usus præbeat: *Ejus* enim possessio *est* major, *seu pretiosior*; *quia paratu* est *illa* difficilior. 17. [i] Alio autem modo, copiosum *est majus* eo quod rarum; quia *ejus* usus superat *usum alterius*: Quod enim sæpe *in usu est*, superat *illud* quod raro: Unde dicitur *à poëta*,

" [k] *Optima quidem elementorum est aqua.* 18. [l] Et omninò *quod paratu est* difficilius, *majus est* eo quod facilius. *Quia* enim rarius: 19. [m] Alio autem modo, quod facilius, eo quod difficilius: *Se* enim *ita* habet ut volumus. 20. [8] Et cujus contrarium majus, *illud &* *majus est*. 21. [n] Et cujus privatio major, *eodem modo*. 22. [o] Et virtus *perfecta major est*, quàm non virtus, [1] *seu dispositio ad virtutem*; [p] & vitiositas *absoluta*, quàm non vitiositas, major *est*: * Nam illa quidem *sunt* fines; hæc verò non *sunt* fines: 23. [2] Et quorum opera honestiora, vel turpiora *sunt*, majora ipsa *sunt*: * Et quorum vitia, & virtutes majores *sunt*, etiam opera majora *sunt*: [q] Quoniam, ut *rerum* causæ & principia *se habent*, etiam eventa; & ut eventa, etiam causæ & principia. 23. [3] Et quorum exuperantia optabilior, vel honestior *est*, (veluti, exquisitè videre, optabilius quàm *exactè* odorari) *ipsa* majora:

e Et id quod est principium, videtur majus eo quod non est princip. ut patet ex p. 12.

f Et id quod est non principium (sc. finis) majus eo quod est princip. uti collig. ex. p. 10a.

g Utriusque horum exemplum, est Leodamas Orator, qui variatis temporibus, prout causa postulabat, nunc omnem vim *in principio & consilio* positam esse dixit; ut in Callistrato.

h Nunc in *fine & opere*, ut in Chabria.

7° Ratione *Raritatis*, *seu paucitatis*: Rara enim ob pretium & dignitatem, majora sunt; quia difficiliùs acquiruntur.

i Vel *Copiæ*: Copiosa enim ob usum fructumque, qui frequenter ex ipsis capitur, potiora habentur.

k Exempl. ex Pindaro, 1a Ode Olymp.

l Et universim; *Ratione difficilioris* acquisitionis: probatur forma ex part. 16.

m Vel *facilioris*; probatur hoc ex cap. præced. part. 28.

8a Ratione *Oppositorum*; Sive *contrariorum*;

n Sive *Privativorum*;

o Sive *Relatorum*; quorum formæ. 1a, *Perfectius habitus* major est quàm *dispositio* ad eundem: sive in bonis;

p Sive in malis:

* Prob. ex. par. 10.

2a Quorum *opera*, honestiora & turpiora sunt, etiam *habitus ipsi*, ex quibus *illa* manant, majores sunt:

* Et vice versa.

q Probatio utriusq; partis, à communi axiomate.

3a Quarum facultatum & dispositionum *exuperantiæ* honestiores, & optabiliores sunt, etiam *ipsæ facultates & dispositiones*.

r Exempl. in rebus naturalibus

ſ In rebus moralibus.

t Et retrò.

4a Quarum rerum *cupiditates* honeſtiores, vel meliores, etiam res *ipſæ cupitæ*, honeſtiores, &c.

u Et viciſſim.

5a Quorum *ſcientiæ* honeſtiores, & meliores, etiam *res ipſæ ſcibiles* objectæ, honeſtiores, &c.

x Et converſim.

9 Ratione *judicii prudentium virorum.*

y Judicium hoc prudentium virorum, non modò in rebus practicis, ſc. utilib. æſtimandis, multum valet, ſed in rebus etiam Theoricis dijudicandis.

z Nos tamen hîc ipſum, bonis Practicis ſolùm coarctavimus: idq; ratione illâ perſuaſi, quæ ſumitur ex definitionib. boni, 2a & 3a ſuprà poſitis, cap. 6. par. 2a.

10. Rat. tùm *Subjectæ naturæ recipientis*: Cùm duo bona à naturis duabus recipi poſſint, quod recipitur à meliori, melius eſt:

a Tùm *melioris viri eligentis*: Cùm enim duæ res diverſæ, à duob. eligi poſſint; quæ à meliori elig. ea melior:

b Exemplo eſt, dictum Socratis apud Plat. in Gorgia.

11. Ratione *Jucundioris*:

majora: Etenim viſus *præſtantior eſt* olfactu: r Et ſtudioſum ſodalium eſſe, quàm pecuniarum, honeſtius eſt: Quare etiam ſtudium ſodalium, quàm pecuniarum: t Et è contra verò, meliorum exuperantiæ, meliores; & honeſtiorum, honeſtiores. 25. 4 Et quorum cupiditates honeſtiores, vel meliores, *illa honeſtiora vel meliora*: Majores enim appetitiones, *rerum* ſunt majorum: u & *è contra* verò, honeſtorum, præſertim meliorum cupiditates, meliores, & honeſtiores propter eandem *rationem*. 26 5 Et quarum ſcientiæ honeſtiores vel probiores, etiam res *quæ ſcientiis illis præcipiuntur*, honeſtiores *ſunt* & probiores: Ut enim ſcientia *ſe* habet, *ita* etiam *id quod* verum *eſt*. Præcipit autem de rebus quas tractat, *ars* unaquæque, *neque ad alias res tranſit*. x Et è *contrà* verò, probiorum ac honeſtiorum ſcientiæ, *ſimiliter atque* ex eâdem proportione *ſe habent* ob eaſdem *cauſas*. 27. 9 Et quod judicarent aut judicaverunt prudentes, ſive omnes ſive *eorum* plurimi, ſive plures, ſive *ii* qui *inter ipſos conſilia plurimum* pollent, *eſſe* bonum vel majus; neceſſe eſt ſic *ſe* habere, vel ſimpliciter, *nec magis in hac re quàm in illâ*, vel ſi *illi homines* ex prudentiâ judicârint. 28. y Poteſt verò hæc *forma* etiam de aliis *rebus* communiter *enunciari*: Etenim *Categoria* Quid, & Quale, & Quantum, ſic *ſe* habet *quoad veritatem*, ut ſcientia *earum rerum*, & prudentia affirmaverit: z Verùm *nos hæc* de bonis *eligendis* pronunciavimus: Nam definitum eſt bonum, *id* eſſe, quod quæ acceperint *res* prudentiam, eligerent ſingulæ: Perſpicuum igitur *eſt*, etiam majus *id eſſe*, quod prudentia magis *bonum eſſe* dictat. 29. 10 Et quod melioribus ineſt vel ſimplicitèr, vel quatenùs meliores *ſunt*: velut *animi* fortitudo, quàm robur *corporis*. 30. a Et quod eligerit *vir* melior, vel ſimplicitèr, vel quatenùs melior; b velut, injuria affici magis *bonum*, quàm injuriâ afficere: Hoc. n. vir juſtior eligeret. 31. 11 Et

σθαι· καὶ γὰρ ὄψις, ὀσφρήσεως· καὶ τὸ φιλέταιρον εἶναι, τοῦ φιλοχρήματον, μᾶλλον κάλλιον· ὥστε καὶ φιλεταιρεία, φιλοχρηματίας· καὶ ἀντικειμένως δὲ, τῶν βελτιόνων αἱ ὑπερβολαὶ, βελτίους· καὶ καλλιόνων, καλλίους. 25. Καὶ ὧν αἱ ἐπιθυμίαι καλλίους, ἢ βελτίους· αἱ γὰρ μείζους ὀρέξεις, μειζόνων εἰσί· καὶ τῶν καλλιόνων δὲ, ἢ καὶ βελτιόνων αἱ ἐπιθυμίαι, βελτίους καὶ καλλίους διὰ τὸ αὐτό. 26. Καὶ ὧν αἱ ἐπιστῆμαι καλλίους ἢ σπουδαιότεραι, καὶ τὰ πράγματα καλλίω καὶ σπουδαιότερα· ὡς γὰρ ἔχει ἡ ἐπιστήμη, καὶ τὸ ἀληθές· κελεύει δὲ τὸ αὐτῆς ἑκάστη· καὶ τῶν σπουδαιοτέρων δὲ καὶ καλλιόνων αἱ ἐπιστῆμαι *, ἀνάλογον διὰ ταῦτα. 27. Καὶ ὃ κρίναιεν ἂν ἢ κεκρίκασιν οἱ φρόνιμοι ἢ πάντες, ἢ οἱ πολλοὶ, ἢ οἱ πλείους, ἢ οἱ κράτιστοι, ἀγαθὸν, ἢ μεῖζον, ἀνάγκη οὕτως ἔχειν, ἢ ἁπλῶς, ἢ εἰ κατὰ τὴν φρόνησιν ἔκριναν †. 28. Ἔστι δὲ τοῦτο κοινὸν καὶ κατὰ τῶν ἄλλων· καὶ γὰρ τὶ, καὶ ποσὸν, καὶ ποιὸν, οὕτως ἔχει, ὡς ἂν ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ φρόνησις εἴποι· ἀλλ' ἐπ' ἀγαθῶν εἰρήκαμεν· ὥρισται || γὰρ ἀγαθὸν εἶναι, ὃ λαβόντα τὰ πράγματα φρόνησιν, ἕλοιτ' ἂν ἕκαστον· δῆλον οὖν, ὅτι καὶ μεῖζον, ὃ μᾶλλον ἡ φρόνησις λέγει. 29. Καὶ τὸ τοῖς βελτίοσιν ὑπάρχον *, ἢ ἁπλῶς, ἢ ᾗ βελτίους· οἷον ἡ ἀνδρεία, ἰσχύος. 30. Καὶ ὃ ἕλοιτ' ἂν ὁ βελτίων †, ἢ ἁπλῶς, ἢ ᾗ βελτίων· οἷον τὸ ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν· τοῦτο γὰρ ὁ δικαιότερος ἕλοιτ' ἄν. 31. Καὶ τὸ ἥδιον, τοῦ ἧττον ἡδέος ||· τὴν γὰρ ἡδονὴν πάντα διώκει, καὶ αὐτοῦ ἕνεκα τοῦ ἥδεσθαι

* Conjun. 1. lib. de anim. c. 1.

† Conjun. 3. Top. c. 1. p. 4.

|| Cap. 6. p. 2.

* Conjun. 3. Top. c. 1. p. 11. & 13.

† Conjun. 3. Top. ca. 1. p. 4.

|| Conjun. 3. Top. c. 1. p. 3.

* Ca.6. pa.2.
† Vide infr. c.9. p.4.
|| Conjun. 3. Top.c. 3. p.10.
* Conjun. 3.Top.ca 1.pa.3.
† Conjun. 3. Top.c. 3.pa.5.
|| Conjun. 3.Top.c. 1.p.4.
* Supr. pa. 3.
† Conjun. 3.Top.c. 1.p.20.
|| Conjun. 2.Politic de Pittaci lege.

ἥδεσθαι ὀρέγονται ἅπαντες* ᾗ τούτοις τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ τέλος· ἥδιον δὲ, τό τε ἀλυπότερον, καὶ τὸ πολυχρονιώτερον ἡδύ. 32 Καὶ τὸ κάλλιον, τοῦ ἧττον καλοῦ· τὸ γὰρ καλόν ἐστιν, ἤτοι τὸ ἡδύ, ἢ τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετόν †. 33. Καὶ ὅσων αὐτοὶ αὑτοῖς ἢ φίλοις βούλονται αἴτιοι εἶναι μᾶλλον ||, ταῦτα μείζω ἀγαθά· ὅσων δὲ ἥκιστα, μείζω κακά. 34. Καὶ τὰ πολυχρονιώτερα, τῶν ὀλιγοχρονιωτέρων *. 35. Καὶ τὰ βεβαιότερα, τῶν μὴ βεβαιοτέρων· ὑπάρχει γὰρ ἡ χρῆσις, τῶν μὲν, τῷ χρόνῳ· τῶν δὲ, τῇ βουλήσει· ὅταν γὰρ βούλωνται, ὑπάρχει μᾶλλον ἡ τοῦ βεβαίου· 36. Καὶ ὡς ἂν ἐκ τῶν συστοίχων καὶ τῶν ὁμοίων πτώσεων, καὶ τἆλλα ἀκολουθεῖ †· οἷον, εἰ τὸ ἀνδρείως κάλλιον καὶ αἱρετώτερον τοῦ σωφρόνως, καὶ ἀνδρεία σωφροσύνης αἱρετωτέρα, καὶ τὸ ἀνδρεῖον εἶναι, τοῦ σωφρονεῖν. 37. Καὶ ὃ πάντες αἱροῦνται ||, τοῦ ὃ μὴ πάντες. 38. Καὶ ὃ οἱ πλείους, ἢ οἱ ἐλάττους· ἀγαθὸν γὰρ ἦν *, οὗ πάντες ἐφίενται· ὥστε καὶ μεῖζον, οὗ μᾶλλον. 39. Καὶ ὃ οἱ ἀμφισβητοῦντες, ἢ οἱ ἐχθροὶ, ἢ οἱ κρίνοντες, ἢ οὓς οὗτοι κρίνουσι· τὸ μὲν γὰρ, ὡς ἂν οἱ πάντες φαῖεν, ἐστί· τὸ δὲ, οἱ κύριοι καὶ οἱ εἰδότες. 40. Καὶ ὁτὲ μὲν, οὗ πάντες μετέχουσι, μεῖζον· ἀτιμία γὰρ τὸ μὴ μετέχειν. 41. ὁτὲ δὲ, οὗ μηδεὶς, ἢ οὗ ὀλίγοι· σπανιώτερον γάρ. 42. Καὶ τὰ ἐπαινετώτερα †· καλλίω γάρ· 43 Καὶ ὧν αἱ τιμαὶ μείζους ||, ὡσαύτως· ἡ γὰρ τιμὴ, ὥσπερ ἀξία τις ἐστί· καὶ ὧν αἱ ζημίαι μείζους *. 44. Καὶ

jucundius, quàm minùs jucundum, [c] Voluptatem enim omnia sectantur, & ipsius *voluptatis* gratiâ, voluptate perfundi appetunt: His autem *conditionibus suprà* definitum est bonum, & finis: [d] *Ipsum* autem Jucundius, est, tùm quod minùs molestum, tùm quod diutiùs jucundum. 32. [e] Et pulchrius *seu honestius*, quàm minùs pulchrum *seu honestum*: Nam honestum est, aut jucundum utique, aut per se eligendum. 33. [12] Et quorumcunq; *homines* ipsi *se* sibi aut amicis volunt causam esse magis, *quàm aliis*, hæc majora *sunt* bona; * quorumcunq; verò minimè *volunt*, majora mala. 34. [13] Et diuturniora, quàm minus diuturna. 35. Et * firmiora, quàm minus firma: Superat enim usus, * illorum quidem, tempore; * horum verò, arbitrio & *voluntate*: Nam quando *homines* velint, adest magis *usus* rei firmæ. 36. [14] Item quemadmodum ex Conjugatis & similibus casibus *fit consecutio*, etiam alia *seriatim* sequuntur; velut, si quod fortiter *agitur*, honestius magisque eligendum *est*; quàm quod temperanter; etiam fortitudo, quàm temperantia, magis eligenda; & fortem esse, quàm temperantem. 37. [15] Et quod omnes eligunt, quàm quod non omnes. 38. * Et quod plures, quàm quod pauciores: [f] Nam *id* bonum esse *definivimus*, quod omnes appetunt: Quare etiam majus *erit*, quod *appetunt* magis. 39. [16] Et quod controversantes aut inimici *majus esse ajunt*, * vel quod *supremi* judices, *seu Prætores*, aut *ii* quos isti *ad judicandum, tanquam arbitros* deligunt: [g] Illud enim est, perinde ac si omnes affirmarent; [h] hoc verò *est*, *ac si* principes viri, & *juris causæque* periti. 40. [17] Et interdum, cujus omnes participes sunt, *illud obtinere* majus *est*: * Dedecus enim *est*, non esse *ejus* participem: 41. [l] Interdum, *id* cujus nemo, aut cujus pauci: Quippe rarius *est hoc bonum*. 42. [18] Et quæ magis laudanda; quia honestiora. 43. [k] Et quorum honores majores, eodem

c Probatur forma ex defin. boni 2a.

d Jucundius aliquid bifariàm dicitur, &c.

e Et rat. *Pulchrioris*: colligitur forma, partim ex præcedenti, partim ex definit. boni 1a.

12. *Cùm quis alicujus boni se authorem, sibi, vel amicis esse mavult*, quàm aliis, illud est majus bonum:

* Contra, de malo.

13. Ratione *Diuturnitatis*:

* Et *Firmitatis*.

* Diuturniora, meliora sunt; quia longo tempore permanent.

* Firmiora, meliora; quiâ semper voluntatibus nostris præstò sunt.

14 Ratione *consecutionis inter coniugata*: Ut enim in coniugatis primò positis fit consecutio; ita etiam in aliis, quæ his prioribus adponi possunt.

15. Ratione *electionis universalis*: Sive omnes eligant;

* Sive plures.

f Ratio utriusque partis, à definitione boni 2 a.

16. Ratione *scientiæ & testimonii*, vel adversariorum, aut inimicorum;

* Vel Judicum, aut arbitrorum:

g Rat. utriusq; Quod n. inimici affirm. perinde est ac si omnes;

h Quod Judices, idem, ac si ii, qui in manu rem habent.

17. Ratione *Participationis*: Participem enim esse rei pervulgatæ, majus est bonum:

* Rat. à contrario.

l E contra, majus bonum est, participem esse rei inusitatæ:

Rat. ex par. 16.

18. Rat. Tùm *laudis*: Laudabiliora, meliora: ex c. præc. par. 9.

k Tùm *honoris*: Quibus enim major honor, ea majora bona.

l E contra; quorum pœnæ legibus constitutæ majores, majora mala.

m Tùm *excellentiæ in iis rebus, quæ vulgò magnæ existimantur*: Quæ enim his præstant, majora sunt bona.

19. Ratione *distributionis rei in partes partiumque enumerationis*: Hinc enim fit, ut res ipsa sic specie tenus appareat, quasi revera major sit: Probatur hoc ex par. 2a.

n Exempl. ex Iliad. 9.

o Itemque rat. *Oppositæ Collectionis, & gradationis*, quæ magnam vim amplificandi in se habet:

Tùm quia res plures disjectas coacervare se, indicat: Plura autem magnum quiddam esse apparent: ut dixit part. 2a.

p Tùm quia magnæ rei efficiendæ speciem præ se fert.

20 Ratione *Circumstantiarum*: Collig. hæc forma ex 18. & 16. a. Circumstantiæ enim occasionum, ætatum, locorum, &c. multùm res augent, ita ut, quæ suâ vi spectatæ, pusillæ res viderentur, grandes nunc esse intelligantur, si has conditiones habuerint:

Sive in demonstrativo genere, honestæ sint;

Sive in deliberativo, bonæ;

Sive in Judiciali, justæ.

q Exempl. primum Certatoris Olympii, in Epigrammate:

r 2. Iphicratis Atheniensis Ducis; qui sutoris filius fuisset.

eodem modo: Nam honor *est* quasi quædam *dignitatis* æstimatio: *l* Et quorum mulctæ *sunt* majores, *majora sunt mala*. 44. *m* Et *ea* quæ *majora existunt* iis, quæ *omnium* confessione magna sunt, vel *specie tenus* apparent *esse magna*, majora *sunt*. 45. 19 Quinetiam, eædem res cùm dividuntur in partes, *exinde* apparent *specie tenus esse* majores: Nam *in divisione*, multarum *rerum* exuperantia *specie tenus* apparet: Unde & Poeta ait, Meleagro, ut *ad bellum ineundum* surgeret, persuasisse *uxorem suam*, dicendo,

n " *Quot mala hominibus accedunt, quorum urbs capta fuerit:*

" *Viri quidem intereunt; urbem autem ignis in pulverem redactam consumit:*

" *Liberos verò alii abducunt, profundaq; cincturâ præditas uxores.*

46. *o* Quin & *rem* componere & superadstruere, *ita* ut *in amplificando solebat* Epicharmus, *majorem eam apparere efficit*; *idque* tùm proptèr idem *quod evenit* divisioni: Nam compositio multarum *rerum disjectarum* exuperantiam *seu accumulationem* ostendit: *p* tùm etiam, qui *in eo rerum* magnarum principium & causa *specie tenus* apparet. 47. 20 Quoniam verò *id* quod *est* difficilius, & rarius, *est* majus; etiam occasiones, & ætates, & loci, & tempora, & vires efficiunt *res magnas*: Si *quis* enim supra vires, & supra ætatem, & supra similes; aut si eo modo, vel eo loco, vel tali tempore, *res aliquas gessisse vel obtinuisse dicatur*; *ea* habebunt magnitudinem, & honestarum, & bonarum, & justarum; & *ut harum*, *ita etiam his* contrariarum: Unde & Epigramma *illud* extat in victorem Olympiorum;

q " *Nuper quidem circa humeros gestans asperum vas piscatorium,*

" *Pisces ex Argis in oppidum Tegeam ferebam:*

r Et Iphicrates seipsum encomio ornavit, dicens,

" *Ex quantulis initiis extiterunt mihi honores isti?*

τὰ τῶν ὁμολογουμένων ἢ φαινομένων μεγάλων, μείζω. 45. Καὶ διαιρούμενα δὲ εἰς τὰ μέρη τὰ αὐτὰ, μείζω φαίνεται· πλειόνων γὰρ ὑπεροχὴ φαίνεται· ὅθεν καὶ ὁ ποιητής φησι, πεῖσαι λέγουσαν τὸν Μελέαγρον ἀναστῆναι·

" Ὅσσα κάκ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἁλώῃ,

" Λαοὶ μὲν φθινύθουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,

" Τέκνα δὲ τ' ἄλλοι ἄγουσι.

46. Καὶ τὸ συντιθέναι δὲ καὶ ἐποικοδομεῖν, ὥσπερ Ἐπίχαρμος*· διά τε τὸ αὐτὸ τῇ διαιρέσει· ἡ γὰρ σύνθεσις, ὑπεροχὴν δείκνυσι πολλήν· καὶ ὅτι ἀρχὴ φαίνεται μεγάλων καὶ αἴτιον. 47. Ἐπεὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον † καὶ σπανιώτερον ‖ μεῖζον, καὶ οἱ καιροὶ, καὶ αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ τόποι, καὶ οἱ χρόνοι, καὶ αἱ δυνάμεις ποιοῦσι μεγάλα· εἰ γὰρ παρὰ δύναμιν, καὶ παρ' ἡλικίαν, καὶ παρὰ τοὺς ὁμοίους, καὶ εἰ οὕτως, ἢ ἐνταῦθα, ἢ τόθ', ἕξει μέγεθος καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν, καὶ δικαίων, καὶ τῶν ἐναντίων· ὅθεν καὶ τὸ ἐπίγραμμα τῷ ὀλυμπιονίκῃ*.

" Πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τραχεῖαν ἄσιλλαν,

" Ἰχθῦς ἐξ Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον.

καὶ ὁ Ἰφικράτης αὐτὸν ἐνεκωμίαζε, λέγων,

Ἐξ ὧν ὑπῆρξε ταῦτα.

48. Καὶ

*Conjun. 1. de ort. animal.

†Par. 18.

‖Par. 16.

* Conjun. c. 9. p. 41.

48. Καὶ τὸ αὐτοφυὲς τοῦ Ἐπικλήτου· χαλεπώτερον γάρ· ὅθεν καὶ ὁ ποιητής φησιν,

"Αὐτοδίδακτος δ' εἰμί------

49. Καὶ τὸ μεγάλου μέγιστον μέρος· οἷον, Περικλῆς τὸν ἐπιτάφιον λέγων, τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι, ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰ ἐξαιρεθείη. 50. Καὶ τὰ ἐν χρείᾳ μείζονι, χρήσιμα *, οἷον τὰ ἐν γήρᾳ καὶ νόσοις. 51. Καὶ δυοῖν τὸ ἐγγύτερον τοῦ τέλους †. 52. Καὶ τὸ αὐτῷ ἢ ἁπλῶς. 53. Καὶ τὸ δυνατὸν, τοῦ ἀδυνάτου ||· τὸ μὲν γὰρ, αὐτῷ· τὸ δ', οὔ. 54. Καὶ τὰ ἐν τέλει τοῦ βίου *. τέλη γὰρ μᾶλλον τὰ πρὸς τῷ τέλει. 55. Καὶ τὰ πρὸς ἀλήθειαν †, τῶν πρὸς δόξαν· ὅρος δὲ τοῦ πρὸς δόξαν ||, ὃ λανθάνειν μέλλων, οὐκ ἂν ἕλοιτο· διὸ καὶ τὸ εὖ πάσχειν, τοῦ εὖ ποιεῖν δόξειεν ἂν αἱρετώτερον εἶναι· τὸ μὲν γὰρ, κἂν λανθάνῃ, αἱρήσεται· ποιεῖν δ' εὖ λανθάνων οὐ δοκεῖ ἂν ἑλέσθαι. 56. Καὶ ὅσα εἶναι μᾶλλον ἢ δοκεῖν βούλονται· πρὸς ἀλήθειαν γὰρ μᾶλλον· διὸ καὶ τὴν δικαιοσύνην φασὶ μικρὸν εἶναι, ὅτι δοκεῖν ἢ εἶναι αἱρετώτερον· τὸ δὲ ὑγιαίνειν, οὔ. 54. Καὶ τὸ πρὸς πολλὰ χρησιμώτερον *· οἷον, τὸ πρὸς τὸ ζῆν, καὶ εὖ ζῆν, καὶ τὴν ἡδονὴν, καὶ πράττειν τὰ καλά· διὸ ὁ πλοῦτος, καὶ ἡ ὑγίεια, μέγιστα δοκεῖ εἶναι· ἅπαντα γὰρ ἔχει ταῦτα. 58. Καὶ τὸ ἀλυπότερον †, καὶ τὸ μεθ' ἡδο-

* Conjun. 3. Top.c. 2.p.5.
† Conjun. 3.Top.ca. 1.p.15.
|| Ibid.p. 17.
* Ibid.p. 16.
† Conjun. 3. Top.c. 3.p.14.
|| ibid.
* Conjun. 3. Top.c. 3.p.17.
† Conjun. 3.Top.c. 2.p.3. & 16.

48. [f] Et ex ipso natum, *majus est*, quàm *postea* ascitum: Difficilius enim *videtur*: Unde & Poeta ait,

[t] " *Sum autem mihimet Doctor* ——

49. [21] Et rei magnæ maxima par, *majus quiddam meliusque est*, *quàm rei parvæ*: [u] velut, Pericles in funebri *oratione* dicebat; "*Juventutem ex civitate ablatam esse, perinde ac si ver ex anno sublatum fuisset.* 50. [22] Et quæ in necessitate majore, *nobis sunt* utilia: velut quæ in senectute & morbis. 51. [23] Et, cùm duo *sint quæ ad eundem finem faciunt*; quod propinquius *est* fini, *eo quod est remotius*. 52. [24] Et quod ipsi *seu privato cuique prodest*, quàm *quod* simpliciter *bonum est*, *si commodum nullum importet*. 53 [x] Et *id* quod fieri potest, quàm quod non potest: Illud enim *est* sibi *cuique privato bonum*; hoc verò, nequaquam. 54. [25] Et quæ in *ipso* vitæ fine *insunt*, *majora sunt iis, quæ remotiora*: *Ea* enim quæ *immediatè* fini hærent, *dicenda sunt* potiùs fines, *quàm quæ longius absunt*. 55. [26] Et quæ *rei* veritatem *spectantes sumimus*, quàm quæ ad *hominum* opinionem: [y] Definitio autem ejus QUOD AD OPINIONEM, *est id* quod, si clam *se omnibus* futurum *putaret*, nemo *unquam* eligeret. [z] Quamobrem etiam beneficium *ab aliis* accipere, videatur *utiq;* optabilius, quàm beneficium *aliis* dare: Illud enim, etiamsi clam esse *debeat*, eliget *quivis*; at beneficium *aliis* dare, *interim* ut *id* clam faciat, nemo videtur esse electurus. 56. [a] Et quæcunque *homines* esse magis quàm videri volunt: Ad veritatem enim *spectantes hæc eligunt* magis: [b] Quamborem & justitiam ajunt rem parvam esse; quià ut *quis* videatur *justus* quàm ut sit, magis eligendum *est*: *Benè* autem valere, minimè. 57. [27] Et quod ad multa utilius; velut, quod ad vitam, atq; *ad* beatam vitam *degendam*, & ad voluptatem *conficiendam*, & ad *res* honestas gerendas: Quamobrem & divitiæ, & sanitas, res maximæ *vulgò* videntur esse: Omnes enim *dotes* has, *ista in se* habent. 58. [28] Et quod

f Huc pertinet forma illa; Quod est nativum, majus est eo, quod est adscitum:

t Exempl. ex Odyss. 22; Verba sunt Phemii cantoris.

21. Ratione *maximæ partis*: Magnæ. n. rei maxima pars, majus meliusque est, quàm aut parvæ pars magna, aut magnæ parva:

u Exempl. ex Periclis Orat. funebr.

22 Rat. *fructus & commodi in rebus angustis*.

23. Rat. *propinquitat. ad finem*.

24. Rat. *peculiaris commodi* Quod enim huic bonum, majus est, quàm bonum in genere.

x Item, Quod fieri & à nobis obtineri potest, majus est, quàm quod non potest.

Probatur ex form. præced.

25. Rat. *conjunctionis, & propinquitatis cum vitæ fine*, qui finis est optimus.

26. Rat. *veritatis potiùs, quàm opinionis alienæ*, Quæ enim ad rei veritatem spectantes, sumimus, meliora, quàm quæ ad opinionem.

y Definitio ejus, quod est ad opinionem.

z Probatur formâ, exemplo.

a Proinde etiam, quæ homines (secundùm occultas voluntates) malunt sibi esse, quàm videri majora sunt:

b Quæ autem magis videri, minora: Ut Sophistæ dixerunt de Justitia; è quibus fuit Thrasymachus.

27. Ratione *Relationis ad plura*: Quod enim ad res plures accommodatum est, majus est, quàm quod ad pauciores.

28. Rat. *simplicis & solitariæ positionis, & conjunctionis cum voluptate*: Si enim simul mo-

lestiâ vacat, & voluptati etiam conjunctum sit, majus bonum est.

c Omninò, ratione *adjectionis*, &c. Si enim alteri rei adjunctum, totum majus efficit, & plus boni adfert, erit illud majus bonum.

d Item; Quæ præsentia sunt, & non latent; meliora, quàm quæ præsentia solùm sunt:

e Exemp. gr.

29. Rat *delectionis*: Quod enim amabile est, & desiderabile, melius est eo, quo facile carere possumus: Idque.

f Sive per se solùm ponatur;

g Sive cum aliis conjunctum:

h Exempl. Judicii Locrensis in quendam reum, &c.

quod magis est molestiæ expers, *simulq;* cum voluptate *conjunctum, melius eo, quod solùm molestiæ vacat*: Plura enim *ibi sunt bona*, quàm unum; ita ut bonum *illud simul* existat & voluptas, & molestiæ vacuitas. 59. [c] Et cùm duo *fuerint, quorum nunc unum rei adjungatur, nunc alterum*; quod eidem *rei* adjunctum, totum majus efficit, *id est majus*. 60. [d] Et quæ non latent: Ad veritatem enim *solam* tendunt hæc *magis quæ latent*: [e] Quamobrem divitem esse appareat *utiq;* majus bonum, quam videri. 61. [29] Item *id majus*, quod *est* desiderabile *& unicè charum*; [f] idq; *si* nonnullis quidem *sit* solum *per se*; [g] nonnullis verò, cum aliis *conjunctum*: [h] Quamobrem etiam haud par pœna *legibus constituta fuit*, si quis excœcârit hominem uno oculo utentem, ac *si* eum qui duos habet: *Quod* enim *ipsi* unicè charum *erat*, sublatum est. Ac ex quibus quidem *formis* oporteat fidem ducere in hortando & *in* dehortando, fere dictum est.

νῆς· πλείω γὰρ ἑνός· ὥστε ὑπάρχει καὶ ἡ ἡδονὴ ἀγαθὸν, καὶ ἀλυπία. 59. Καὶ δυοῖν ὃ τῷ αὐτῷ προστιθέμενον *, μεῖζον τὸ ὅλον ποιεῖ. 60. Καὶ ἃ μὴ λανθάνει παρόντα, ἢ λανθάνει· πρὸς ἀλήθειαν γὰρ τείνει ταῦτα· διὸ τὸ πλουτεῖν φανείη ἂν μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ δοκεῖν· 61. Καὶ τὸ ἀγαπητόν· καὶ τοῖς μὲν, μόνον· τοῖς δὲ, μετ' ἄλλων· διὸ καὶ οὐκ ἴση ζημία, ἄν τις τὸν ἑτερόφθαλμον τυφλώσῃ, καὶ τὸν δύ' ἔχοντα· ἀγαπητὸν γὰρ ἀφῄρηται· ἐκ τίνων μὲν οὖν δεῖ τὰς πίστεις φέρειν ἐν τῷ προτρέπειν καὶ ἀποτρέπειν, σχεδὸν εἴρηται.

*Conjun. 3. Top. c. 5. p. 7.

De publica Deliberatione.

Cap. VIII.

Ad publicam Deliberationem, assumptis Rerumpub. speciebus, à Par. 4. *Addit pro Elementis sumendos esse Rerumpublicarum singularum fines, Par.* 11. *Unde earum instituta & utilia, &c. tanquam propositiones propriæ colligantur, Par.* 12. *Hîc etiam persuadendi vim habet, tenere principium & civitatum mores, qui ex iisdem finibus innotescunt, à Par* 13.

a Propositio 2a; 1 *sumendas esse rerumpubl. species*;

Et 2 *distinguenda esse earund. Instituta*, &c. quasi proprias deliberandi formas:

b Ratio *poster. membri* (cur distinguenda sint rerump. Instituta, &c.) *ab utili*, cui omnes homines parent; quia ad ipsorum fines conducit.

c Ratio *prior. membri, ex parte Civitatis*: Ideò sumendas esse rerumpub. species ad persuasionem; quia Dominatus (quorum authoritatem & enunciata tenere debet is qui deliberat) non nisi ex harum distinctione intelliguntur.

[a] Ex omnibus autem *illud* maximum, summúmq; accommodatum *est*, quo persuadere *quis*, atq; egregiè deliberare valeat; [1] Respub. assumpsisse omnes, [2] & uniuscujusque consuetudines ac instituta; atque *ea*, quæ utilia *sunt ipsis*, distinxisse. 2. [b] Obtemperant enim *mortales* omnes ei, quod *rebus ipsorum* utile *est*: *Id* autem est utile, quod Reipub. *statum* conservat; *cujusmodi sunt consuetudines & instituta*. 3. [c] Præterea, summam *in Repub.* authoritatem habet, Domini *seu Dominatus* enunciatio: Dominatus autem, juxta Rerumpub. *differentias*

Μέγιστον δὲ, καὶ κυριώτατον ἁπάντων πρὸς τὸ δύνασθαι πείθειν, καὶ καλῶς συμβουλεύειν, τὰς πολιτείας ἁπάσας λαβεῖν, καὶ τὰ ἑκάστης ἔθη, καὶ νόμιμα καὶ συμφέροντα διελεῖν. 2. Πείθονται γὰρ ἅπαντες τῷ συμφέροντι· συμφέρει δὲ τὸ σῶζον τὴν πολιτείαν. 3. Ἔτι δὲ, κυρία μὲν ἐστιν· ἡ τοῦ κυρίου ἀπόφασις· τὰ δὲ κύρια διῄρηται κατὰ τὰς πολιτείας· ὅσαι γὰρ αἱ πολιτεῖαι,

αι, τοσαῦτα καὶ τὰ κύρια ἐστίν. ¶ 4. Εἰσὶ δὲ πολιτεῖαι τέσσαρες *, δημοκρατία, ὀλιγαρχία, ἀριστοκρατία, μοναρχία· ὥστε, τὸ μὲν κύριον καὶ τὸ κρῖνον, τούτων δὴ ἂν εἴη μόριον, ἢ ὅλον τούτων. 5. Ἔστι δὲ δημοκρατία μὲν, πολιτεία ἐν ᾗ κλήρῳ διανέμονται τὰς ἀρχάς. 6. Ὀλιγαρχία δὲ, ἐν ᾗ οἱ ἀπὸ τιμημάτων. 7. Ἀριστοκρατία δὲ, ἐν ᾗ οἱ κατὰ τὴν παιδείαν· παιδείαν δὲ λέγω, τὴν ὑπὸ τοῦ νόμου κειμένην· οἱ γὰρ ἐμμεμενηκότες ἐν τοῖς νομίμοις, ἐν τῇ ἀριστοκρατίᾳ ἄρχουσιν· ἀνάγκη δὲ τούτους φαίνεσθαι ἀρίστους †· ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφε τοῦτο. 8. Μοναρχία δ' ἐστὶ, κατὰ τοὔνομα, ἐν ᾗ εἷς ἁπάντων κύριός ἐστι. 9. Τούτων δὲ, ἡ μὲν κατὰ τάξιν τινὰ, βασιλεία. 10. Ἡ δ' ἀόριστος, τυραννίς. ¶ 11. Τὸ δὴ τέλος ἑκάστης πολιτείας οὐ δεῖ λανθάνειν· αἱροῦνται γὰρ τὰ πρὸς τὸ τέλος· ἔστι δὲ, δημοκρατίας μὲν τέλος, ἐλευθερία· ὀλιγαρχίας δὲ, πλοῦτος· ἀριστοκρατίας δὲ, τὰ πρὸς παιδείαν καὶ τὰ νόμιμα· τυραννίδος δὲ, φυλακή. ¶ 12. Δῆλον οὖν ὅτι τὰ πρὸς τὸ τέλος ἑκάστης ἔθη, καὶ νόμιμα, καὶ συμφέροντα, διαιρετέον, εἴπερ αἱροῦνται πρὸς τοῦτο ἐπαναφέροντες. ¶ 13. Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον αἱ πίστεις γίνονται δι' ἀποδεικτικοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ δι' ἠθικοῦ (τῷ γὰρ ποιόν τινα φαίνεσθαι τὸν λέγοντα, πιστεύομεν· τοῦτο δ' ἐστὶν, ἂν ἀγαθὸς φαίνηται, ἢ εὔνους, ἢ ἄμφω) δέοι ἂν τὰ ἤθη

*Conjun. 3. Polit. cap. 7.

† Conjun. 3. Polit. cap. 7.

diſtincti ſunt: Quot enim *numero* Reſpub. tot etiam dominatus ſunt. *quorum juriſdictio tenenda eſt ei qui deliberat.* ¶ 4. [d] Sunt autem *quatuor* Reſpublicæ, Democratia, Oligarchia, Ariſtocratia, Monarchia: Ita ut Dominatus quidem, & *id* quod *res omnes* judicat harum utique particula fuerit *quædam*, aut totum harum. 5. [1] Eſt autem Democratia quidem, Reſpub. in quâ ſorte *tantum*, *civibus omnibus ſine diſcrimine* diſtribuunt magiſtratus 6. [2]. Oligarchia verò, in quâ *Magiſtratus gerunt* ex cenſu. 7. [3] Ariſtocratia autem, in qua *civitatem regunt ii* qui reipub. diſciplinâ *inſtructi ſunt:* Diſciplinam voco, Inſtitutiones à legibus poſitas: Nam qui *in patriis* ritibus inſtiterunt, *eoſque ritè obſervarunt*, in Ariſtocratia dominantur: Neceſſe verò *eſt*, hos *ſpecie tenus* apparere optimos: Unde & nomen hoc accepit *Optimatum poteſtas*. 8. [4] Monarchia verò, ut *ipſum* nomen *indicat*, eſt in qua unus omnium Dominus eſt 9. [e] Hujus verò una quidem *ſpecies*, quæ ordine quodam *conſtituta eſt nominatur* Regnum: 10. Altera autem, *quæ* nullis limitibus definita *eſt*, *dicitur* Tyrannis. ¶ 11. [f] Jam igitur finem cujuſq; reipub non oportet latêre: *Singuli enim civitatum ſtatus* eligunt ea quæ *faciunt* ad *ſuum* finem, *contraria verò reſpuunt:* [1] Ac Democratiæ quidem fini, eſt libertas: [2] Oligarchiæ verò, divitiæ: [3] At Ariſtocratiæ, *ea* quæ *pertinent* ad *civitatis* diſciplinam, & inſtituta: [4] Tyrannidis autem, ſatellitium *ſeu corporis* cuſtodia. ¶ 12. [g] Perſpicuum igitur *eſt*, *eas* conſuetudines, & inſtituta, & utilia, quæ *pertinent* ad finem cujuſque *reip.* diſtinguenda *nobis* eſſe: Siquidem *ii, qui in ſingulis rebuſpub. deliberant, omnia* ad hunc, *i. reipub. ſuæ finem* referentes, eligant. ¶ 13. [h] Quoniam autem non ſolùm Fides fit *eâ*, quæ demonſtrat oratione, ſed etiam moratâ: (Nam in eo fidem habemus dicenti, quòd *is* apparet *eſſe* cujuſdam modi; hoc eſt, ſi bonus appareat,

[d] *Primum* igitur, *aſſumit* 4r *rerump. formas*, ex opinione communi; in quibus ſingulis τὸ κύριον (i. ii qui ſummam poteſtatem habent) eſt vel pars quædam præcipua, vel tota reipub. forma, & ſtatus.

1. Democratia:

2. Oligarchia:
3. Ariſtocratia:

4. Monarchia;
[e] Cujus duæ ſpecies; Regnum, & Tyrannis.

[f] Deinde *ponit ſingularum rerump: fines*; qui *Elementa* ſunt *communia*: quippe ad quos ſingulæ hæ actiones & conſuetudines ſuas omnes dirigunt: utpote,

1. *Democratiæ* finis, eſt *Libertas*:
2. *Oligarchiæ, divitiæ*:
3. *Ariſtocratiæ, diſciplina patria*:
4. *Tyrannidis, cuſtodia ſui. Regni* verò, *& regis & civium ſalus.*

[g] Ex iſtis finibus, *colligit diſtinguenda eſſe cujuſque reip. inſtituta, & utilia, &c*; quæ cum ad eoſdem fines perducant, *Proprie ſunt deliberandi formæ in rep.*

[h] Supradictis addit; *Tenendos eſſe Civitatum & principum virorum indolem & mores*; ut ex horum perſpectione, moratâ oratione (eâ quæ hujus loci propria eſt) fidem facere poſſit:

i Rat. Dum n. mores illor. commendet, ejusq; reip. se studiosum præbeat; oratione tali faciet, ut videatur vir bonus, ipsisq; benevolus.

k Mores autem rerump. tenentur *ex earund. finib.* Animadversis sc. reb. iis quas singulæ, vel ut fini suo consequendo aptas, sumunt, vel ut aversas. repudiant.

l Epilogus dictorum

m Cap. 50.

n Cap. 60, & 70.

o Cap. 80.

pareat, vel benevolus, vel utrumque:) oportebit mores Reipub. cujusq; nos tenere: [i] Nam mores quidem singularum, necesse *est* in singulis *Rebuspub.* (*cùm dicentis oratione effecti vel commendati sint*) idoneos esse maximè ad faciendam fidem. 14.[k] Isti autem *mores* accipientur ex iisdem *finibus unicuique Reipub. propositis:* Nam mores manifesti *fiunt*, *cognitâ* prælectione: At prælectio refertur ad finem. 15. [l] Ac [m] quæ quidem oportet *eos* qui hortantur, appetere *&* *sectari*, tanquàm futura *obtinenda*, vel præsentia *conservanda*: [n] Et ex quibus *formis* oportet de utili Fidem sumere: [o] Prætereà verò, de *singularum* Rerump. moribus, & institutis; tùm ex quibus, tùm quomodò *oratione* abundabimus, quantum convênit præsenti tempori, dictum est: Exquisitè enim de his disputatum est in Politicis.

τῶν πολιτειῶν ἑκάστης ἔχειν ἡμᾶς· τὸ μὲν γὰρ ἑκάστης ἦθος, πιθανώτατον ἀνάγκη πρὸς ἑκάστην εἶναι. 14. Ταῦτα δὲ ληφθήσεται διὰ τῶν αὐτῶν· τὰ μὲν γὰρ ἤθη φανερὰ κατὰ τὴν προαίρεσιν· ἡ δὲ προαίρεσις, ἀναφέρεται πρὸς τὸ τέλος. 15. Ὧν μὲν οὖν δεῖ ὀρέγεσθαι προτρέποντας, ὡς ἐσομένων ἢ ὄντων· καὶ ἐκ τίνων δεῖ τὰς περὶ τοῦ συμφέροντος πίστεις λαμβάνειν· ἔτι δὲ, περὶ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας ἠθῶν καὶ νομίμων· διὰ τίνων τε καὶ πῶς εὐπορήσομεν, ἐφ' ὅσον ἦν τῷ παρόντι καιρῷ σύμμετρον, εἴρηται· διηκρίβωται γὰρ ἐν τοῖς πολιτικοῖς περὶ τούτων.

De genere demonstrativo.

Cap. IX.

In genere Demonst. Ea Ex Quibus *habetur oratio*, *Alia sunt* Propria generis Demonstrat: *ut*, 1° Elementa & Definitiones *Honesti & Virtutis*, *à Par.* 4. *Deinde* Formæ *speciales de Honestis*, *tùm Illa*, *ex quibus* Laudationes & vituperat: *ducuntur*, *à Par.* 16. *Tùm Illa*, *ex quibus* Encomia, & Opprobria *fiunt*, *à Par.* 42. *Alia verò*, (*ex quibus Demonstrat. Oratio fit*) *sunt* Rationes communes; Una *ei communis cum* Deliberat: *genere*, *Par.* 46. Aliæ *communes cum* Judiciali, *suntq; de magis Honesto à Par.* 47.

a Proponit, 1. explicand. esse *fines* generis demonstrat: sc. *honestum*, & *turpe*, &c. ex quibus laudare, vel vituperare poterimus.

b Cum hâc explicatione, illud quoque accedet commodi; ut unà eas teneamus formas, ex quibus Morata Fides ducitur.

c 2. Atque, ut laudare contingit, vel seriò, vel etiam joco; sæpe quidem res grandiores; interdùm etiam leviculas:

[a] Posthæc autem dicamus de Virtute ac Vitio, & *omninò de* Honesto ac Turpi: Hi enim fines Laudanti & Vituperanti *sunt propositi.* 2. [b] Eveniet namq; dùm de his dicamus, simùl ut etiam illa aperiamus, ex quibus cujusdammodi existimabimur secundum Mores; id quod erat secundum Fidei *genus:* Ex iisdem enim *formis* & nos ipsos, & alium *quemlibet* efficere poterimus fide *ac æstimatione* dignum, ob virtutem. 3. [c] Quoniam verò usu venit, ut sæpè & obitèr *ac oblectationis causâ*, & ex

Μετὰ δὲ ταῦτα λέγωμεν περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, καὶ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ· οὗτοι γὰρ σκοποὶ τῷ ἐπαινοῦντι καὶ ψέγοντι. 2. Συμβήσεται γὰρ ἅμα περὶ τούτων λέγοντας, κἀκεῖνα δηλοῦν, ἐξ ὧν ποιοί τινες ὑποληφθησόμεθα κατὰ τὸ ἦθος· ὅπερ ἦν δευτέρα πίστις· ἐκ τῶν αὐτῶν γὰρ ἡμᾶς τε καὶ ἄλλον ἀξιόπιστον δυνησόμεθα ποιεῖν πρὸς ἀρετήν. 3. Ἐπεὶ δὲ συμβαίνει καὶ χωρὶς σπουδῆς καὶ μετὰ σπουδῆς ἐπαι-

ἐπαινεῖν πολλάκις, οὐ μόνον ἄνθρωπον, ἢ θεὸν, ἀλλὰ καὶ ἄψυχα, καὶ τῶν ἄλλων ζώων τὸ τυχόν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τούτων ληπτέον τὰς προτάσεις· ὥστε ὅσον παραδείγματος χάριν, εἴπωμεν καὶ περὶ τούτων. 4. ¶ Καλὸν μὲν οὖν ἐστιν, ὃ ἂν δι' αὑτὸ αἱρετὸν ὂν, ἐπαινετὸν ᾖ· ἢ ὃ ἂν ἀγαθὸν ὂν, ἡδὺ ᾖ *, ὅτι ἀγαθόν. 5. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν, ἀνάγκη τὴν ἀρετὴν καλὸν εἶναι· ἀγαθὸν γὰρ ὂν, ἐπαινετόν ἐστιν. 6. Ἀρετὴ δ' ἐστὶ μὲν δύναμις, ὡς δοκεῖ, ποριστικὴ ἀγαθῶν καὶ φυλακτική· καὶ δύναμις εὐεργετικὴ πολλῶν καὶ μεγάλων, καὶ πάντων περὶ πάντα. 7. Μέρη δὲ ἀρετῆς, δικαιοσύνη, ἀνδρεία, σωφροσύνη, μεγαλοπρέπεια, μεγαλοψυχία, ἐλευθεριότης, πρᾳότης, φρόνησις, σοφία. 8. Ἀνάγκη δὲ, μεγίστας εἶναι ἀρετὰς, τὰς τοῖς ἄλλοις χρησιμωτάτας, εἴπερ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ δύναμις εὐεργετική· διὰ τοῦτο τοὺς δικαίους καὶ ἀνδρείους μάλιστα τιμῶσιν· ἡ μὲν γὰρ, ἐν πολέμῳ· ἡ δὲ, καὶ ἐν εἰρήνῃ χρήσιμος ἐστιν αὐτοῖς· εἶτα ἡ ἐλευθεριότης· προΐενται † γὰρ, καὶ οὐκ ἀνταγωνίζονται περὶ τῶν χρημάτων, ὧν μάλιστα ἐφίενται ἄλλοι. 9. Ἔστι δὲ, δικαιοσύνη || μὲν, ἀρετὴ δι' ἣν τὰ αὑτῶν ἕκαστοι ἔχουσι, καὶ ὡς ὁ νόμος· ἀδικία δὲ, δι' ἣν τὰ ἀλλότρια, οὐχ ὡς ὁ νόμος. 10. Ἀνδρεία δὲ, δι' ἣν πρακτικοί εἰσι τῶν καλῶν ἔργων ἐν τοῖς κινδύνοις, καὶ ὡς ὁ νόμος κελεύει, καὶ ὑπηρετικοὶ τῷ νόμῳ· δειλία δὲ, τοὐναντίον. 11. Σωφροσύνη δὲ, ἀρετὴ, δι' ἣν πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῦ σώματος οὕτως ἔχουσιν ὡς ὁ νόμος κελεύει.

*Conjun. ca. 7. p. 32.

† Conjun. 4. Ethic. cap. 3.

|| Conjun. 5. Ethic. cap. 3.

instituto *serioq;* laudemus, non solùm hominem, aut Deum, sed etiam res inanimatas; & aliorum animalium quodlibet: [d] Ad eundem sanè modum etiam de his finibus sumendæ *sunt* propositiones, *seu formæ*: Quare etiam de istis quantum exempli causâ *satis est*, dicamus. ¶ 4 [e] Ac honestum quidem est, quod cùm per se eligendum sit, laudabile fuerit; vel quod cùm bonum sit, jucundum fuerit quià bonum. 5. [1] Quòd si hoc est honestum; necesse est virtutem esse *id quod* honestum *vocatur*: Bona enim cùm sit, laudabilis res est. 6. [f] Virtus verò est facultas, ut videtur, parandi bona, *eademq;* conservandi; & [g] Potestas *in alios* beneficia conferendi multa & magna, estque omnium *bonorum effectrix* in omnibus. 7. [3] Partes autem virtutis *sunt*, justitia, fortitudo, temperantia, magnificentia, magnanimitas, liberalitas, mansuetudo, prudentia, sapientia. 8. [h] Necesse verò *est*, maximas esse virtutes, *quæ* aliis utilissimæ *sunt*, siquidem virtus sit beneficia conferendi potestas: [i] Idcirco *homines*, justos & fortes *viros* maximè honorant: Hæc enim in bello, illa verò etiam in pace utilis est ipsis. * Deinde *utilis est* Liberalitas: Nam *liberales* profundunt *sua bona*, neque cum aliis certant de pecuniis, quas maximè alii *vulgò* appetunt: 9. [k] Est autem, * Justitia quidem, virtus per quam, quæ sunt sua, singuli habent, & ut *jubet* lex: * Injustitia verò, per quam aliena, non ut *præcipit* lex. 10. l Fortitudo autem, per quam opera honesta *homines* aggrediuntur in periculis, & ut lex præcipit; *suntque strenui* administri legis: [m] Timiditas verò, *est vitium ei* contrarium. 11. [n] Temperantia autem, est virtus per quam ad voluptates corporis sic *se* habent *homines*, ut lex præcipit: Intempe-

d Iisdem modis, iisdemq; de rebus *formas* & *elementa talium laudum* assumendas esse; & proinde ratione eas generali, miniméque subtili explicari oportere.

e Ea igitur *Ex Quibus* laudant, &c. Alia sunt *Generis Demonstrat. Propriæ*: suntque

1 *Elementa communia, sc. definitiones*

1 Tùm ipsius *Honesti*.

2 Tùm *Virtutis*, quæ Honestum quiddam est: Ejus

f Prior definitio, continet commoda, quæ virtutis ope comparantur.

g Posterior, beneficiorum in alios collationem considerat.

3 Tùm etiam *singularum virtutis partium, seu specierum*: quæ *numerantur* quidem, novem:

h Inter has, illæ sunt maximæ, quæ aliis maximos fructus ferunt: ut patet ex definit. virtutis 2a.

i Confirm. hoc à judicio multitudinis; qui *colunt justos*; quià ex justitia & domi & foris utilitates maximæ:

* *Colunt etiam liberales*; quià multorum egestatem pecuniâ suâ sublevant.

k *Describuntur* autem dictæ virtutis species, & vitia iisdem contraria; Ex. gr.

* Justitia; &

* Injustitia:

l Fortitudo:

m Et Timiditas.

n Temperantia, & Intemperant.

temperantia verò, contrarium. 12. [o] Liberalitas autem, *quæ* in pecuniis benefaciendi vim habet: Illiberalitas verò, contrarium. 13. [p] Magnanimitas autem, *est* virtus, *quæ* magna beneficia in alios conferre *studet*: 14. [q] Magnificentia autem, virtus quæ in sumptibus *faciendis* amplitudinem *&* *granditatem* affectat: * Pusillanimitas verò, & Parvificentia *seu sordes*, *sunt* contraria. 15. [r] Prudentia autem, est virtus rationis, per quam benè consultare possunt de bonis & malis, quæ dicta sunt *facere* ad fœlicitatem. [s] Ac de virtute quidem & vitio in universum, & de *ipsius* particulis, dictum est quantum præsenti tempori *scriptionique sit* satis. ¶ 16. [t] De aliis verò *quæ honesta vel turpia sunt*, difficile non *est* videre, Manifestum enim *est*, necesse *esse*, [t] ut & *ea* quæ efficere possunt virtutem, sint honesta (*referuntur* enim ad virtutem;) 17. [u] Et quæ à virtute proficiscuntur: Ejusmodi autem *sunt*, *&* signa virtutis, & opera: [x] Quoniam verò signa, & ejusmodi quæcunque sunt *eximii* boni opera vel perpessiones, honesta *sunt*; necesse *est*, ut *etiam* * tùm *ea* quæcunque *sunt* fortitudinis opera, vel signa fortitudinis, vel fortitèr gesta, honesta *etiam* sint: [y] Tum *res* justæ, & quæ justè *administrata sunt* opera; perpessiones verò, minimè: In solâ enim hâc inter virtutes, non sempèr quod justè *fit*, honestum est; verùm cùm quis pœnâ afficitur; turpius *est*, si *id fiat* justè, quàm si injustè. [z] Et de aliis virtutibus similitèr *res se habet*. 18. [2] Et quibuscunque præmium *propositum est* honor, honesta *sunt*: [a] Et quibuscunque honor majore ex parte *est præmium*, quàm pecuniæ. 19. [3] Et *eorum* [1] quæ eligenda *sunt*, quæcunque non sui gratiâ quis facit, *sed alienâ*. 20. Et quæ simplicitèr *&* *suâ vi sunt* bona: *Cujusmodi sunt* quæcunque pro patria gesserit aliquis, *eo*, quod sui ipsius *gratiâ sit*, neglecto: [b] Et quæ à naturâ *obtinen-*

ἀκολασία ἐστὶ, τοὐναντίον. 12. Ἐλευθεριότης ἐστὶ, περὶ χρήματα δὲ ποιητική· ἀνελευθερία ἐστὶ, τοὐναντίον. 13. Μεγαλοψυχία ἐστὶ, ἀρετὴ μεγάλων ποιητικὴ εὐεργετημάτων· [μικροψυχία ἐστὶ, τοὐναντίον.] 14. Μεγαλοπρέπεια * ἐστὶ, ἀρετὴ ἐν δαπανήμασι μεγέθους ποιητική· μικροψυχία δὲ καὶ μικροπρέπεια, τἀναντία. 15. Φρόνησις δ' †, ἐστὶν ἀρετὴ διανοίας, καθ' ἣν εὖ βουλεύεσθαι δύνανται περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν τῶν εἰρημένων εἰς εὐδαιμονίαν· περὶ μὲν οὖν ἀρετῆς καὶ κακίας καθόλου, καὶ περὶ τῶν μορίων, εἴρηται κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν ἱκανῶς. ¶ 16. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν· φανερὸν γὰρ, ὅτι ἀνάγκη, τά τε ποιητικὰ τῆς ἀρετῆς εἶναι καλά· (πρὸς ἀρετὴν γάρ·) 17. Καὶ τὰ ἀπ' ἀρετῆς γινόμενα· τοιαῦτα ἐστὶ, τά τε σημεῖα τῆς ἀρετῆς, καὶ τὰ ἔργα ‖· ἐπεὶ ἐστὶ τὰ σημεῖα καὶ τὰ τοιαῦτα ὅσα ἐστὶν ἀγαθοῦ ἔργα ἢ πάθη, καλὰ, ἀνάγκη ὅσα τε ἀνδρείας ἔργα, ἢ σημεῖα ἀνδρείας, ἢ ἀνδρείως πέπρακται, καλὰ εἶναι· καὶ τὰ δίκαια, καὶ τὰ δικαίως ἔργα· πάθη ἐστὶ, οὔ· ἐν μόνῃ γὰρ ταύτῃ τῶν ἀρετῶν, οὐκ ἀεὶ τὸ δικαίως, καλὸν, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ζημιοῦσθαι, αἰσχρὸν τὸ δικαίως μᾶλλον ἢ τὸ ἀδίκως· καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἐστὶ ἀρετὰς, ὡσαύτως. 18. Καὶ ἐφ' ὅσοις τὰ ἆθλα τιμὴ, * καλά· καὶ ἐφ' ὅσοις τιμὴ μᾶλλον ἢ χρήματα. 19. Καὶ ὅσα μὴ

o Liberalitas, & Illiberalitas.

p Magnanimitas, &

q Magnificentia:
* Iisque contrariæ, Pusill. & Parvif.
r Prudentia.
s Epilog. de fundamento honesti, i. de virtute, ejusque specieb.
t Hactenus Definitiones: Sequuntur *Honesti Formæ*, ex quibus laudant, &c. Hæ variis sumuntur modis:
1. Ratione *virtutis, cui conjuncta sunt* ea quæ laudantur. *Generatim* enim, Honesta sunt, tùm ea, quæ sunt *efficientia virtutis*:
u Tùm ea, quæ *à virtutibus dimanant*; ut earum signa, & opera:
x Speciatim igitur, * *fortitudinis* non modò opera (ut, non abjicere clypeum, non deserere aciem, &c.) & fortiter gesta, sunt honesta; sed & signa fortitudinis (ut, vulnera, cædes, &c.)
y Itemque *res justæ*, & opera, quæ justè peraguntur, sunt honesta (non tamen signa justitiæ, sc. pœnæ, quas justè in se perpetiuntur homines, honestatem ullam habent.)
z Et aliarum *virtut.* eod. modo. 2 Rat. *honoris*; Pulcherrima tùm quæ solo honore compensantur;
a Tùm quæ frequentiùs honore, quàm pecuniâ; cùm utrumque ipsis tribuatur.
3. Rat. *boni per se, & finis absolute sumpti*; Honesta sunt 1 *Ea quæ, cùm* sint eligenda, non suâ gerunt homines, sed aliorum gratiâ.
2. *Ea quæ absolutè bona sunt*; ut omnia illa quæ pro salute civium, & patriâ geruntur:
b Et quæ non Marte nostro, sed à naturâ accepimus, &c.

* *Conjun.* 4. *Ethic.* c. 4.

† *Conjun.* 6. *Ethic.* c. 5.

‖ *Conjun.* 4. *Ethic. Cap.* 2.

* *Conjun.* 4. *Ethic. Cap.* 7.

μὴ αὐτοῦ ἕνεκα πράττει τὶς τῆς ἀρετῆς. 20. Καὶ τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ, ὅσα ὑπὲρ τῆς πατρίδ☉ τὶς ἐποίησε, παριδὼν τὸ αὑτοῦ· καὶ τὰ τῇ φύσει ἀγαθὰ, καὶ ἃ μὴ αὐτῷ ἀγαθά· αὑτοῦ γὰρ ἕνεκα τὰ τοιαῦτα. 21. Καὶ ὅσα τεθνεῶτι ἐνδέχεται ὑπάρχειν μᾶλλον, ἢ ζῶντι· τὸ γὰρ αὐτοῦ ἕνεκα μᾶλλον ἔχει τὰ ζῶντι. 22. Καὶ ὅσα ἔργα τῶν ἄλλων ἕνεκα· ἧττον γὰρ αὐτοῦ· καὶ ὅσαι εὐπραγίαι περὶ ἄλλους, ἀλλὰ μὴ περὶ αὐτὸν, καὶ περὶ τοὺς εὖ ποιήσαντας· δίκαιον γάρ· καὶ τὰ εὐεργετήματα· οὐ γὰρ εἰς αὐτόν. 23. Καὶ τὰ ἐναντία, ἢ ἐφ' οἷς αἰσχύνονται· τὰ γὰρ αἰσχρὰ αἰσχύνονται, καὶ λέγοντες, καὶ ποιοῦντες, καὶ μέλλοντες· ὥσπερ καὶ Σαπφὼ πεποίηκεν, εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου,

"Θέλω τι τ' εἰπῆν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς.

"Αἰ δ' ἦχες ἐσλῶν ἵμερον ἢ καλῶν,

"Καὶ μήτ' εἰπῆν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,

"Αἰδώς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα,

"Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

24. Καὶ περὶ ὧν ἀγωνιῶσι μὴ φοβούμενοι· περὶ γὰρ τῶν πρὸς δόξαν φερόντων ἀγαθῶν, τοῦτο πάσχουσι. 25. Καὶ αἱ τῶν φύσει σπουδαιοτέρων ἀρεταὶ, καλλίους, καὶ τὰ ἔργα· οἷον, ἀνδρὸς, ἢ γυναικός. 26. Καὶ αἱ ἀπολαυστικαὶ ἄλλοις μᾶλλον ἢ αὐτοῖς· διὸ τὸ

tur bona: [c] Et quæ non illi ipsi, *qui ea habet*, *sunt* bona: [d] Hujusmodi enim *quæ ipsi sunt bona, sunt* ipsius gratiâ *duntaxat*. 21. Et [3] quæcunque mortuo adesse contingunt magis, quàm viventi: *Id* enim quod sui ipsius *privati hominis* gratiâ *fieri & esse dicitur*, magis habent *ea* quæ viventi *deferuntur, quàm quæ mortuo*. 22. Et [4] quæcunque opera aliorum gratiâ *suscipiuntur*: Minùs enim ipsius *authoris gratiâ videntur facta*: [e] Et quæcunque probè *aut fœliciter* gesta *sunt* in alienis *negotiis*; non autem in suis; [f] Et quæ in *negotiis* eorum, qui beneficia *in nos* contulerunt: *Hoc* enim justum est, *ut beneficia remuneremur*: [g] Et beneficia *in alios collata*: Non enim *cedunt hæc* in privatum *commodum*. 23. [4] Et quæ contraria *sunt iis*, in quibus verecundantur: Nam verecundantur & * qui turpia dicunt, & qui faciunt; & * qui mox dicturi facturive *sunt*: ut enim [h] Sappho (cùm diceret *ei* Alcæus *amator*,

"*Cupio aliquid tibi dicere, sed me prohibet pudor*:) cecinit,

"*Si venisses in bonarum* rerum *desiderium & honestarum*;

Neque lingua malum animo agitatum *prolatura* trepidaret *dicere*.

"*Pudor tuos non occuparet oculos*,

"*Sed* liberè *locutus esses de re* quavis *justa*.

24. Et [5] *res* de quibus *animo* anguntur *ut eas ad exitum tutò perducere queant*, cùm minimè metuant, *ne quis eorum conatum impediat*: Etenim in *iis* bonis quæ referuntur ad opinionem *seu gloriam*, hoc *modo* afficiuntur. 25. [6] Et eorum qui naturâ *sunt* probiores, virtutes, & opera *sunt* honestiora; veluti, viri, quàm mulieris. 26. [i] Et quorum *virtutum* fructus *seu voluptas* ad alios magis, quàm ad ipsos *pervenit*: Quamobrem justum & justitia, honesta *sunt*. 27. Et inimicos [7] ulcisci magis, *iisque* non reconciliari, *honestius videtur*, *quàm contrarium*: [k] Nam

c Et quæ habenti emolumentum nullum adferunt:

d Probatur à contrario.

3. *Quæ defunctis* frequentiùs, quàm vivis conceduntur: ut elogia, fama, &c.

a Quoniam verò Irasci, & Deliniri, contraria *sunt*, & ira, ac lenitas; sumendum *est*, & Quomodo *se* habentes, Lenes sint; & erga Quos Leniter *se* habeant; & per Quas *causas* Leniantur. 2. b Sit igitur Lenitio, compositio & sedatio Iræ. ¶ 3. c Si ergò irascuntur ijs, qui *ipsos* negligunt: Neglectus verò est spontaneum *quid*: r Manifestum est, & ijs *hominibus*, qui 1 nihil horum faciunt, vel non sponte faciunt, vel *specie tenus* apparent tales, lenes esse. 4. d Et ijs, qui jam volunt *à se facta esse* contraria *eorum*, quæ fecerunt. 5. e Et *ijs*, quicunque etiam ipsi erga se tales *sunt quales adversùs eos quos læserunt*: Nemo enim seipsum videtur negligere. 6. 2 Et ijs, qui confitentur *peccatum suum*, simúlq; *eos* pœnitet, *quod egerint*: Quasi enim *jam* supplicium sumentes, (dolorem *scl. eorum qui deliquerunt*, ob ea quæ facta sunt) requiescunt ab ira. f Signum verò *hujus rei*, *est* in famulorum castigatione: Nam eos quidem, qui *delicta* pernegant, & contradicunt, magis castigamus; erga eos autem, qui confitentur meritò *se* castigari, ab excandescentia comquiescimus: g Causa verò *est*; quoniam impudentiæ *est*, manifesta pernegare: At impudentia *est* neglectus & contemptio: Ideóque quos valdè contemnimus, *apud eos* pudore non afficimur. 7. 3 Et ijs, qui se humiliter demittunt, & non contradicunt: * Apparent enim hii confiteri, *se* inferiores esse: Qui autem *sunt* inferiores, timent: Qui verò timet, negligit nemo: h Quòd autem erga eos, qui *se* demittunt, deponatur ira,

Ἐπεὶ δὲ τὸ ὀργίζεσθαι ἐναντίον τῷ πραΰνεσθαι, καὶ ὀργὴ πραότητι, ληπτέον πῶς ἔχοντες πρᾷοί εἰσι, καὶ πρὸς τίνας πρᾴως ἔχουσι, καὶ διὰ τίνων πραΰνονται. 2. Ἔστω δὴ πράϋνσις, κατάστασις καὶ ἠρέμησις ὀργῆς. ¶ 3. Εἰ δὴ ὀργίζονται τοῖς ὀλιγωροῦσιν, ὀλιγωρία δὲ ἐστὶν ἑκούσιον, φανερὸν ὅτι καὶ τοῖς μηδὲν τούτων ποιοῦσιν, ἢ ἀκουσίως ποιοῦσιν, ἢ φαινομένοις τοιούτοις, πρᾷοί εἰσι. 4. Καὶ τοῖς τἀναντία ὧν ἐποίησαν βουλομένοις. 5. Καὶ ὅσοι καὶ αὐτοὶ εἰς αὑτοὺς τοιοῦτοι· οὐδεὶς γὰρ αὐτὸς αὑτοῦ δοκεῖ ὀλιγωρεῖν. 6. Καὶ τοῖς ὁμολογοῦσι καὶ μεταμελομένοις*· ὡς γὰρ ἔχοντες δίκην τὸ λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς πεποιημένοις, παύονται τῆς ὀργῆς· σημεῖον δὲ ἐπὶ τῆς τῶν οἰκετῶν κολάσεως· τοὺς μὲν γὰρ ἀρνουμένους καὶ ἀντιλέγοντας μᾶλλον κολάζομεν· πρὸς δὲ τοὺς ὁμολογοῦντας δικαίως κολάζεσθαι, παυόμεθα θυμούμενοι· αἴτιον δ', ὅτι ἀναισχυντία τὸ τὰ φανερὰ ἀρνεῖσθαι· ἡ δ' ἀναισχυντία, ὀλιγωρία καὶ καταφρόνησις. ὧν γοῦν πολὺ καταφρονοῦμεν, οὐκ αἰσχυνόμεθα. 7. Καὶ τοῖς ταπεινουμένοις πρὸς αὐτοὺς, καὶ μὴ ἀντιλέγουσι· φαίνονται γὰρ ὁμολογεῖν ἥττους εἶναι· οἱ δ' ἥττους, φοβοῦνται· φοβούμενος δὲ οὐδεὶς ὀλιγωρεῖ. ὅτι δὲ πρὸς τοὺς ταπεινουμένους

* *Conjun. 3. Ethic. cap. 2.*

a Quia *Lenitas* est Iræ *contraria*, Idcircò, cùm dixeris, Quomodò ad iram excitentur; docendum jam, *Quomodò placentur, & sedentur.*

b *Præmisso* igitur, Quid sit *Leniendi studium.*

c De 1 Quæst. (*erga Quos, &c.*) *formæ*: 1 Rat. *eorum quæ causis iræ*, (*neglectus &c.*) *adversantur*; I', Mitescunt erga eos, tum *qui haud parvi fecerunt* ipsos, saltem *haud sponte*.

d Tum *qui in eodem* neglectu *haud perseverant*, sed *contraria* fecisse *jam cupiunt*.

e Tum *qui neglectum* illum, esse *nullum putabant*.

2 a Placabiles fiunt, neglectum *confitentibus & pænitentibus*.

f Huic rei *signo est*, *servorum castigatio*; quibus improbè *inficiantibus* sæviores sumus; *fatentes* se meritò plecti, dimittimus.

g *Causa autem* est, Quòd improbè *inficiari*, est *mentiendo nihil pudere*; quod perind est, ac parvi ducere.

3 a, Mansuescimus ijs, *qui se*, tanquàm potentioribus, *humiliter subijciunt*, &c.

* *Ratio quidem*, est, Quia *fatentur hi se imbecilliores*, & proin haud parvi æstimant.

h *Exemplum autem*, est illud quòd etiam *Canis non mordens eos*, qui ad pedes accidunt.

μένους παύεται ἡ ὀργή, καὶ οἱ κύνες δηλοῦσιν, οὐ δάκνοντες τοὺς καθίζοντας. 8. Καὶ τοῖς σπουδάζουσι πρὸς τοὺς σπουδάζοντας· δοκεῖ γὰρ σπουδάζεσθαι, ἀλλ' οὐ καταφρονεῖσθαι. 9. Καὶ τοῖς μείζω κεχαρισμένοις. 10. Καὶ τοῖς δεομένοις, καὶ παραιτουμένοις· ταπεινότεροι γάρ. 11. Καὶ τοῖς μὴ ὑβρισταῖς, μηδὲ χλευασταῖς, μηδ' ὀλιγώροις, ἢ εἰς μηδένα, ἢ μὴ εἰς χρηστοὺς ἢ μὴ εἰς τοιούτους οἷοί περ αὐτοί· ὅλως δ', ἐκ τῶν ἐναντίων δεῖ σκοπεῖν τὰ πραΰντικά. 12. Καὶ οὓς φοβοῦνται καὶ αἰσχύνονται· ἕως γὰρ ἂν οὕτως ἔχωσιν, οὐκ ὀργίζονται· ἀδύνατον γὰρ ἅμα φοβεῖσθαι καὶ ὀργίζεσθαι. 13. Καὶ τοῖς δι' ὀργὴν ποιήσασιν, ἢ οὐκ ὀργίζονται, ἢ ἧττον ὀργίζονται· οὐ γὰρ δι' ὀλιγωρίαν φαίνονται πρᾶξαι· οὐδεὶς γὰρ ὀργιζόμενος ὀλιγωρεῖ· ἡ μὲν γὰρ ὀλιγωρία, ἄλυπον· ἡ δ' ὀργή, μετὰ λύπης. 14. Καὶ τοῖς αἰσχυνομένοις αὐτούς. ¶ 15. Καὶ ἔχοντες δὲ ἐναντίως τῷ ὀργίζεσθαι, δῆλον ὅτι πρᾷοί εἰσιν· οἷον, ἐν παιδιᾷ, ἐν γέλωτι, ἐν ἑορτῇ, ἐν εὐημερίᾳ, ἐν κατορθώσει, ἐν πληρώσει· ὅλως, ἐν ἀλυπίᾳ καὶ ἡδονῇ μὴ ὑβριστικῇ, καὶ ἐν ἐλπίδι ἐπιεικεῖ. 16. Ἔτι κεχρονικότες, καὶ μὴ ὑπόγυιοι τῇ ὀργῇ ὄντες· παύει γὰρ ὀργὴν ὁ χρόνος. 17. Παύει δὲ καὶ ἑτέρου ὀργὴν μείζω ἡ παρ' ἄλλου ληφθεῖσα τιμωρεία πρότερον· διὸ εὖ Φιλοκράτης, εἰπόντος τινὸς, ὀργιζομένου τοῦ δήμου, τί οὐκ ἀπολογῇ; οὔπω γε, ἔιη· ἀλλὰ πότε; ὅταν ἄλλον ἴδω διαβεβλημένον· πρᾷοι γὰρ

etiam & canes perspicuum faciunt; *quippè* non mordentes *eos*, qui *humi prostrati* sunt. 8. [4] Et ijs qui *seriò* operam dant *ipsis*, *cùm seriò* operam navant *ipsi*: Videtur enim, *ab illis* curari *illos*, non autem contemni. 9 [5] Et ijs, qui *licèt anteà quicquam læserint*, *aut abnuerint*; *posteà tamen* majore in re gratificati *sunt*. 10. [6] Et ijs, qui *ipsos* orant, & qui *pœnam* deprecantur: Demissiores enim *sunt tales*. 11. [7] Et ijs, qui nec contumeliosi *sunt*, nec subsannatores, neque negligere *solent*, aut *hominem* quenquam, aut *viros* probos, aut tales quales ipsi *sunt*: [i] Omninò autem, ex contrarijs, *quæ ad iram impellunt*, oportet considerare ea quæ leniendi vim habent. 12. [2] Et *ijs*, quos timent, & *apud quos* verecundiâ afficiuntur: Quoad enim ità *se* habeant, *ut illos timeant aut vereantur*, *ijsdem* non irascuntur: Impossibile enim *est*, *ut* simul *quis alium* timeat, & *eidem* irascatur. 13. [k] Et ijs qui per iram *aliquid* fecerunt, aut non irascuntur, aut minùs irascuntur: non enim propter neglectum apparent *illi* egisse. Nemo enim, qui irascitur, negligit; Et enim neglectus vacat dolore; ira verò, dolori *semper conjuncta est*. 14. [l] Et *ijs*, qui apud ipsos verecundiâ afficiuntur. ¶ 15. [m] Et verò perspicuum *est*, [1] lenes esse *homines eos*, qui *se* contrario habent modo, ac *illi* qui irascuntur: veluti *fit*, in ludo, in risu, in festo die, in rebus *ipsorum* secundis, in recta actione, in saturitate; omninò in indolentia, & voluptate minimè contumeliosâ, & in *æquabili ac* moderatâ spe. 16. [2] Præterea, qui per *aliquod* tempus commorati *sunt in ira*, & non recèns ira accensi: [n] Sedat enim iram tempus. 17. [o] Sedat verò etiam iram in alterum majorem, vindicta de alio priùs sumpta: [p] Quamobrem rectè Philocrates, dicente quodam, dùm irasceretur populus; Quid *te* non defendis? nondùm sinè, inquit: Verùm, Quandò? Cùm alium videro in *falsum* crimen vocatum: [q] Lenes enim fiunt

4 [a], Placantur & ijs, qui *nobiscum serijs, agunt sedulò*; contra illud cap. 2. part. 29.

5 [a] Mitigamur ab ijs, qui *leviores neglectus majoribus beneficijs compensârunt*: contra illud cap. 2. par. 28.

6 [a], Flectimur etiam à *supplicibus*, submissèque *deprecantibus*: Ducitur hoc ex par. 7.

7 [a], Mansueti sumus ijs, *quorum mores à ludibrijs &c. alieni* sunt, neminemque parvi ducunt, &c. Contra illud cap. 2. part. 14. & alibi.

i Universim, Nos leniunt *contraria eorum, quæ iram irritabant*, cap. 2.

2 Rat. *affectuum* quorundam *in genere*, sumuntur formæ: Lenimur enim ijs,

Tùm *qui nobis timendi* sunt, & *reverendi*.

k Tùm qui *irâ perciti* in nos quicquam deliquere, &c.

l Tùm qui *nos*, ut *bonore dignos*, *reverentur*.

m De 2, & 3 quæst. (*qui lenes & ob quæ*) formæ.

1 [a]. Ad lenitatem proclives sunt (qui, contrà atque irati, cap. 2. par. 11, 12.) *omni ægritudine vacant*, vel potiùs *lætitia efferuntur*, gaudiumque sentiunt.

2 [a], Placabiles etiam illi, *qui suam iram comperedinârunt*.

n Mora enim lenit animum iratum.

o Item, cùm duobus iratus quis, *supplicium de eo sumpsit*, *cui minus irascebatur*; sedatur is jam in eum, cui magis.

p Hoc consilio Philocrates proditionis accusatus, *noluit*, *ardente populo causam dicere*; *priusquam* videret alium, eodem crimine in judicium vocatum.

q Rat. quia mansuetiores fi-

3ª Discutitur omnis ira: *si adversarios subjugarint.*

r Vel si *in majora* ii mala *inciderint, quæ m ipsi* illis unquam *optarent.*

4ª Mitigantur erga lædentes, *si cogitent, se illos improbè antea violasse* meritoque jam plecti:

ſ Si enim meritò illi violati fuerint, minus dolenter ferunt; neque id esse putant, præter illud, quod decet.

t Hinc prudens illa quidem puniendi ratio, objurgatione ut prius habitâ, animos ad pœnam præpares.

5ª Abjicitur ira ergà illum *quem*, si ultus sis, *non intellecturum putes, te damni auctorem* illi *fuisse*, idque ob injurias ejus *has, vel illas.*

u Rat. *Quia in irâ, Certa* semper *est persona, & injuria* certa, cui ultio subindè respondet.

x Confirm. Exempl. Odyss. 9ª. Ulysses quò iram expleret seq; compesceret, Polyphemum docuit, quòd & *ipsius operâ & ob necem sociorum*, cœcus factus esset.

6ª Ergò etiam flaccescit ira, erga illos,

a Tum *qui nihil sentiunt, unde* malum *provenerit*, &c.

b Tum *qui mortem obierunt*; cujus ratio,

c Partim ex part. 19,

d Partim ex part. 21.

e Undè, Apollo, Iliad. ult. Achillem, quò eum placaret, reprehendit ex eo, quod surdam terram, i. Cadaver, Hectoris laceraret furens.

f Præcept. Ex *definitione* lenitionis, & *quæstionibus tribus* proposit. tanquam *ex locis* & elementis communibus, *placari* posse *auditores*; idq; per formas proprias, * tum secundæ quæstionis: ex par. 15. & sequ.

fiunt *homines* cùm in alium iram *suam* consumpserint; veluti contigit in Ergophili *casu*: Nam *cùm judices ei* magis infensi *essent*, quàm Callistheni; *eum tamen* dimiserunt, propterea quòd Callisthenem pridiè morte mulctaverant. 18. ³ Et *mites fiunt erga adversarios*, si *eos judicio*, &c. convicerint. 19 ʳ Et si majus malum passi sint, quàm *ii* qui irascuntur, attulissent: *Ab illis* enim *se* quasi sumpsisse vindictam putant. 20. ⁴ Et si ipsimet, *se anteà* injustè egisse arbitrentur; & *si* justè *damnum* pati: Non oritur enim ira adversùs *id quod* justè *factum est*: ſ Non enim adhuc *se* putant præter *id* quod convenit, *damnum illud* pati: Ira autem hoc *modo definita* fuit: ᵗ Quamobrem oratione oportet *delinquentes* priùs castigare: Nam minùs molestè ferunt etiam servi *ipsi* dùm, *increpatione priùs habitâ*, castigentur. 21. ⁵ Et lenes *fiunt, si illos, cùm ulti fuerint*, haud putent sensuros esse *sigillatim*, quòd propter ipsos, *malum illud* paterentur, & quibus *specialibus de causis* paterentur: ᵘ Nam Ira singularium est: *Idq;* perspicuum *est* ex definitione *ipsius*: ˣ Quamobrem *Ulysses iratus* rectè introductus est,

" *Dic, Ulyssem eversorem urbium* orbasse te oculo.

Quasi non ultus *esset Polyphemi injurias*, nisi *specialim* sensisset *is*, & à quo & pro quo *ipsius facto, excæcatus fuerit.* 22.⁶ Proindè neque aliis, ᵃ quicunque nihil *omninò* sentiunt, irascuntur; ᵇ neque *iis*, qui mortui sunt, ampliùs; quippe ᶜ qui & passi *jam* sint *malorum* extremum, & ᵈ neque sint dolituri, neq; *malum illud*, *ejusque authorem* sensuri; Quod *quidem homines* irati *imprimis* appetunt: ᵉ Quamobrem bellè de Hectore Poeta, dùm mitigare vellet Achillis iram adversùs *illum* mortuum.

" *Jam enim* (inquit) *terram* sensu carentem *fœdè vexat insaniens.*

23. ᶠ Perspicuum igitur *est, iis* qui *alios* lenire volunt, ex his locis dicendum *esse*; * ipsos quidem (*quorum iram*

γίγνονται, ὅταν εἰς ἄλλον τὴν ὀργὴν ἀναλώσωσιν· οἷον συνέβη ἐπὶ Ἐργοφίλου· μᾶλλον γὰρ χαλεπαίνοντες, ἢ Καλλισθένει, ἀφῆσαν, διὰ τὸ Καλλισθένους τῇ προτεραίᾳ καταγνῶναι θάνατον. 18. Καὶ ἐὰν ἕλωσι. 19. Καὶ ἐὰν μεῖζον κακὸν πεπονθότες ὦσιν, ἢ οἱ ὀργιζόμενοι ἔδρασαν ἄν· ὥσπερ γὰρ εἰληφέναι τιμωρίαν οἴονται. 20. Καὶ ἐὰν ἀδικεῖν οἴωνται αὐτοὶ καὶ δικαίως πάσχειν· οὐ γίγνεται γὰρ ἡ ὀργὴ πρὸς τὸ δίκαιον· οὐ γὰρ ἔτι παρὰ τὸ προσῆκον οἴονται πάσχειν· ἡ δ' ὀργὴ τοῦτο ἦν *· διὸ τῷ λόγῳ δεῖ προκολάζειν· ἀγανακτοῦσι γὰρ ἧττον κολαζόμενοι καὶ οἱ δοῦλοι. 21. Καὶ ἐὰν μὴ αἰσθήσεσθαι οἴωνται, ὅτι δι' αὐτοὺς, καὶ ἀνθ' ὧν ἔπαθον· ἡ γὰρ ὀργὴ, τῶν καθ' ἕκαστόν ἐστι· δῆλον δ' ἐκ τοῦ ὁρισμοῦ· διὸ ὀρθῶς πεποίηται,

" φάσθαι Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον· ---

ὡς οὐ τετιμωρημένος, εἰ μὴ ᾔσθετο καὶ ὑφ' οὗ, καὶ ἀνθ' ὅτου. 22. Ὥστε οὔτε τοῖς ἄλλοις ὅσοι μὴ αἰσθάνονται, ὀργίζονται· οὔτε τοῖς τεθνεῶσιν ἔτι, ὡς πεπονθόσι τε τὸ ἔσχατον, καὶ οὐκ ἀλγήσουσιν, οὐδ' αἰσθησομένοις, οὗ οἱ ὀργιζόμενοι ἐφίενται· διὸ εὖ περὶ τοῦ Ἕκτορος ὁ ποιητὴς, παῦσαι βουλόμενος τὸν Ἀχιλλέα τῆς ὀργῆς τεθνεῶτος,

" Κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων.

23. Δῆλον οὖν ὅτι τοῖς καταπραΰνειν βουλομένοις, ἐκ τούτων τῶν τόπων λεκτέον· αὐτοὺς μὲν γὰρ παρα-

* Cap. 2. par. 1.

παρασκευάζουσι τοιούτους· οἷς δ' ὀργίζονται, ἢ φοβερούς, ἢ αἰσχύνης ἀξίους, ἢ κεχαρισμένους, ἢ ἄκοντας, ἢ ὑπεραλγοῦντας τοῖς πεποιημένοις.

placere volunt) parantibus ejusmodi, *quales jam descripsimus*; * *illos* verò, quibus irascuntur, aut metuendos, aut reverentiâ dignos [g], aut *de iis* benemeritos [h], aut invitos [i], aut valdè dolentes [k] *ob* ea, quæ *ab ipsis* facta sunt, &c.

* Tùm etiam primæ: idq;

g Ex par. 18.
h Pa. 9.
i Pa. 3.
k Pa. 6.

De amore & amicitia.

CAP. IV.

Amare Quid: Par. 1. De amicitia, Quæst. 1a, Qui homines amant, vel amici sint, à Par. 3. 2de, Quos amant; simulque 3tia, Quas res amant, à Partic. 6.

Τίνας δὲ φιλοῦσι καὶ μισοῦσι, καὶ διὰ τί, τὴν φιλίαν καὶ τὸ φιλεῖν ὁρισάμενοι, λέγωμεν. ἔστω δὴ τὸ φιλεῖν *, τὸ βούλεσθαί τινι ἃ οἴεται ἀγαθά, ἐκείνου ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ αὑτοῦ, καὶ τὸ κατὰ δύναμιν πρακτικὸν εἶναι τούτων. 2. Φίλος δ' ἐστὶν ὁ φιλῶν καὶ ἀντιφιλούμενος ||· οἴονται δὲ φίλοι εἶναι, οἱ οὕτως ἔχειν οἰόμενοι πρὸς ἀλλήλους. ¶ 3. Τούτων δὲ ὑποκειμένων, ἀνάγκη φίλον εἶναι τὸν συνηδόμενον τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ συναλγοῦντα τοῖς λυπηροῖς, μὴ διά τι ἕτερον, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνον. γινομένων γὰρ ὧν βούλονται, χαίρουσι πάντες· τῶν ἐναντίων δὲ, λυποῦνται· ὥστε τῆς βουλήσεως σημεῖον, αἱ λῦπαι καὶ αἱ ἡδοναί. 4. Καὶ οἷς δὴ ταὐτὰ ἀγαθὰ καὶ κακά. 5. Καὶ οἱ τοῖς αὐτοῖς φίλοι, καὶ οἱ τοῖς αὐτοῖς ἐχθροί· ταὐτὰ γὰρ τούτοις βούλεσθαι ἀνάγκη· ὥσπερ αὐτῷ καὶ ἄλλῳ βουλόμενος, τούτῳ φαίνεται φίλος εἶναι. ¶ 6. Καὶ τοὺς πεποιηκότας εὖ, φιλοῦσιν, ἢ αὐτοὺς, ἢ ὧν κήδονται· ἢ εἰ μεγάλα, ἢ εἰ προθύ-

* Conjun. 9. Ethic. cap. 7.

|| Conjun. 9. Ethic. cap. 4.

[a] QUos autem ament, & odio habeant, & Quamobrem; ubi definiverimus, *Quid sit* Amicitia, & *Quid* Amare, dicamus. [b] Sit igitur Amare, & velle alicui *ea*, quæ putat bona *esse*, illius *quidem* gratiâ, non autem sui-ipsius, & pro viribus procuratorem esse eorundem. 2. [c] Amicus verò est qui amat *aliquem*, & vicissim *ab eo* amatur: [d] *Illi* autem se putant amicos esse, qui putant *se*, sic mutuò esse affectos. ¶ 3 [e] His autem suppositis, [1] necesse *est* Amicum esse *eum*, qui simùl gaudet *alicujus* bonis, & molestiis *ejus* simùl dolet, non propter aliquid aliud, sed propter illum. [f] Quùm enim *ea* fiunt, quæ volunt, gaudent omnes; cùm verò contraria; *tunc* dolent: Quare & voluntatis *cujusque* signum *sunt*, dolores ac voluptates. 4. [2] Et *eos*, quibus jam eadem *sunt*, *& habentur*, bona, & mala. 5. [g] Et *eos*, qui *sunt* iisdem amici, & qui iisdem inimici: [h] Necesse enim *est*, *ut hi* eadem velint, quæ isti: Quare qui *ea bona* quæ sibi *cupit*, etiam alteri vult; *is quoque* huic *homini*, *qui illum alterum amat*, apparet amicus esse. ¶ 6. [i] Ac amant *tùm eos homines* [1] qui beneficia dederunt aut ipsis, vel *iis*, quos charos habent; aut si valdè benignè, vel si prompto animo

a De *Amore* & *Amicis*.

b *Definitio* priùs, Quid sit *Amare*;

c Et quis *verè amicus*;

d Vel *ità putatur*, tametsi specie tenùs duntaxat.

e De 1 Quæst. (Qui ament, vel amici sint) formæ: 1 Amicus percipitur *ex signis voluntatis*: si amici *rebus secundis* gaudeat, angatur *adversis*:

f Nam & ex *lætitia* illa, & ex *dolore* intelligitur amicorum voluntas.

2 Amici mutui sunt, tùm qui *pari* conditione vivunt, ut *idem utrisq; incommodet*, vel *sublevet*.

g Tùm qui *eosdem tertios amicos* vel *inimicos* habent.

h Hi enim, quia *eadem desiderant cum illis tertiis*; ex hoc consensu fit, ut inter se quoq; conjungantur specie tenùs; unde amicitia existit adumbrata.

i De 2 Quæst. (*Quos amant*) & de 3 (*ob Quæ*) formæ: 1o Ex Primariis rationibus amoris: 1 Amant eos, tùm *Qui beneficiis affecerunt* ipsos, aut eos, quos diligunt, &c.

k Tùm, *Quos arbitrantur* benefac. *velle.*

2ª, Deligunt quodammodò, tùm eos, qui ipsorum *amicis amici* sunt; vel qui amant, quos ipsi, *&c.*

l Tùm eos, qui ipsorum *inimicis inimici* sunt; vel odio habent, quos ipsi, *&c.*

m Rat. horum omnium, sumitur specie tenus ex definitione Amicitiæ.

n Dein, ex rat. Secundariis, for. 1a, Amant eos, qui *aliis præsidio* sunt ad opes, aut ad salutem.

o Tales sunt, 1 *liberales*, 2 *fortes*, 3 *justi*; *p* atq; hii sunt, quos non aliorum damno, rem suam augere putant, sed qui ex opere proprio victum quæritant: ut agricolæ, opifices, &c.

4 *Temperantes*; qui ab injuriis se abstinent:

5 *Remoti à negotiis* publicis.

2a, Diligimus eos, quibus *amici mutui* fieri cupimus, *si studium* illi nostrum *non adspernari* videantur velle: Quales sunt.

q Et qui *eximiâ* aliquâ *virtute florent*:

r Et quorum *vita* factaq; *probata sunt* iis, *quorum judicium* magni facimus; ut omnibus hominibus, vel optimis, *&c.*

s Supersunt for. Remotæ, & Communes: 1a, Diligunt eos, *quibuscum vivere*, *&* *commori velis*, quòd morib. suaves sint:

t Ut sunt, Tùm qui *ingenio leni*, & in erratis aliorum *haud morosi*: quique *obsequuntur aliis*, adversantur nemini.

u Tùm qui *in facetiis decori* & *leviter* absq; acerbitate *mordent* alios & aliorum morsiunculas *æquo animo tolerant*.

animo, vel si in talibus occasionibus, & ipsorum gratiâ; [k] tùm *eos*, quos putant velle benefacere. 7. [a] Et amicorum amicos; & amantes, *&c.* quos ipsi amant; atque amatos ab ijs, qui amantur ab ipsis: [l] & ijsdem inimicos & odio habentes eos, quos ipsi odio habent; atque odio habitos ab ijs, qui odio habentur ab ipsis: [m] Omnibus enim his, eadem apparent esse bona, ac sibi-ipsis: ita ut *& illis* velint, quæ ipsis bona *sunt*; id quod erat amici *definitio.* 8. [n] Præterea, [1] beneficos in pecunijs *erogandis*, & salute *dandâ*: [o] Quamobrem [1] liberales, & [2] fortes honorant, & [3] justos: ([p] Tales autem existimant *esse* eos, qui non ex alienis *bonis* vivunt: Hujusmodi verò *sunt*, qui *vivunt* ex laboribus *suis*: Et inter hos *sunt*, *&* *ij* qui ex agricultura; & ex alijs *ij* præcipuè, qui ex opificio *victum quærunt*;) Et [4] temperantes; quia non injusti: Et [5] tranquillè degentes, ob eandem *causam.* 9. [a] Et *eos*, quibus volumus amici esse, si *ipsi quoque* appareant velle: [q] Sunt autem ejusmodi, tùm boni secundum virtutem *moralem*, [r] tum *ij*, qui probati *bonâque existimatione sunt*, aut apud omnes *homines*, aut apud optimos, aut apud *eos*, qui suspiciuntur ab ipsis, aut apud *eos*, qui suspiciunt ipsos. 10. [s] Præterea, [t] jucundos *homines*, *quibuscum libenter* vivi potest, & *totos* dies simul traduci: [t] Tales verò *sunt*, tùm qui *ingenio* placidi, & non reprehensores peccatorum; & non studiosi contentionum, neque in litigando pertinaces: (Omnes enim tales, pugnaces *sunt*: Qui autem *cum ipsis* pugnant, ij (*contra*, *atque* amici) contraria *velle* apparent.) Tùm [u] qui sunt faceti *nati* & ad *alios* dicteriis incessendos, & ad *aliorum sales* sustinendos: Eodem enim utrique *eorum* propè admodùm contendunt, tùm qui possunt *comiter* lacessi *ab alijs*, tùm qui *alios* eleganter lacessunt; *ut utrique utrisque jucundam amicitiam faciant.*

μως, ἢ ἐν τοιούτοις καιροῖς, καὶ αὐτῶν ἕνεκα· ἢ οὓς ἂν οἴωνται βούλεσθαι ποιεῖν εὖ. 7. Καὶ τοὺς τῶν φίλων φίλους· καὶ φιλοῦντας οὓς αὐτοὶ φιλοῦσι· καὶ τοὺς φιλουμένους ὑπὸ τῶν φιλουμένων ἑαυτοῖς· καὶ τοὺς τοῖς αὐτοῖς ἐχθρούς· καὶ μισοῦντας οὓς αὐτοὶ μισοῦσι, καὶ τοὺς μισουμένους ὑπὸ τῶν ἑαυτοῖς μισουμένων· πᾶσι γὰρ τούτοις τὰ αὐτὰ ἀγαθὰ φαίνεται εἶναι καὶ ἑαυτοῖς· ὥστε βούλεσθαι τὰ αὐτοῖς ἀγαθά· ὅπερ ἦν τοῦ φίλου*. 8. Ἔτι, τοὺς εὖ ποιητικοὺς εἰς χρήματα καὶ εἰς σωτηρίαν· διὸ τοὺς ἐλευθερίους† καὶ ἀνδρείους ‖ τιμῶσι καὶ τοὺς δικαίους· τοιούτους δ' ὑπολαμβάνουσι, τοὺς μὴ ἀφ' ἑτέρων ζῶντας· τοιοῦτοι δ' οἱ ἀπὸ τοῦ ἐργάζεσθαι καὶ τούτων, οἱ ἀπὸ γεωργίας*· καὶ τῶν ἄλλων οἱ αὐτουργοὶ μάλιστα· καὶ τοὺς σώφρονας, ὅτι οὐκ ἄδικοι· καὶ τοὺς ἀπράγμονας, διὰ τὸ αὐτό. 9. Καὶ οἷς βουλόμεθα φίλοι εἶναι, ἐὰν φαίνωνται βουλόμενοι· εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι, οἵ τ' ἀγαθοὶ κατ' ἀρετήν, καὶ οἱ εὐδόκιμοι, ἢ ἐν πᾶσιν, ἢ ἐν τοῖς βελτίστοις, ἢ ἐν τοῖς θαυμαζομένοις ὑφ' αὐτῶν, ἢ ἐν τοῖς θαυμάζουσιν αὐτούς. 10. Ἔτι, τοὺς ἡδεῖς† συνδιαγαγεῖν καὶ συνδιημερεῦσαι· τοιοῦτοι δ' οἱ εὔκολοι, καὶ μὴ ἐλεγκτικοὶ τῶν ἁμαρτανομένων, καὶ μὴ φιλόνεικοι, μηδὲ δυσέριδες· πάντες γὰρ οἱ τοιοῦτοι μαχητικοί· οἱ δὲ μαχόμενοι, τἀναντία φαίνονται βούλεσθαι· καὶ οἱ ἐπιδέξιοι ‖, καὶ τῷ τωθάσαι, καὶ τῷ ὑπομεῖναι· ἐπὶ ταὐτὰ γὰρ ἀμφότεροι σπεύδουσι τῷ πλησίον, δυνάμενοί τε σκώπτεσθαι, καὶ ἐμμελῶς σκώπτοντες*.

* *Par.* 1.

† *Conjun.* 4. *Ethic. cap.* 1.

‖ *Conjun.* 3. *Ethic. cap.* 9.

* *Conjun.* 1. *Oecon. cap.* 2.

† *Conjun.* 8. *Ethic. cap.* 6.

‖ *Vide* 4. *Ethic. c.* 14.

* *Ibid.*

Καὶ

11. Καὶ τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ὑπάρχοντα ἀγαθά, καὶ τούτων μάλιστα ἃ φοβοῦνται μὴ ὑπάρχειν αὐτοῖς. 12. Καὶ τοὺς καθαρείους περὶ ὄψιν, περὶ ἀμπεχόνην, περὶ ὅλον τὸν βίον. 13. Καὶ τοὺς μὴ ὀνειδιστὰς μήτε τῶν ἁμαρτημάτων, μήτε τῶν εὐεργετημάτων· ἀμφότεροι γὰρ ἐλεγκτικοί. 14. Καὶ τοὺς μὴ μνησικάκους, μηδὲ φυλακτικοὺς τῶν ἐγκλημάτων, ἀλλ' εὐκαταλλάκτους· οἵους γὰρ ἂν ὑπολάβωσιν εἶναι πρὸς τοὺς ἄλλους, καὶ πρὸς αὐτοὺς οἴονται. 15 Καὶ τοὺς μὴ κακολόγους, μηδὲ εἰδότας, μήτε τὰ τῶν πλησίον κακά, μήτε τὰ αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ ἀγαθά· ὁ γὰρ ἀγαθὸς τοῦτο δρᾷ. 16. Καὶ τοὺς μὴ ἀντιτείνοντας τοῖς ὀργιζομένοις, ἢ σπουδάζουσι· μαχητικοὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι. 17. Καὶ τοὺς πρὸς αὐτοὺς σπουδαίως πως ἔχοντας, οἷον θαυμάζοντας αὐτούς· καὶ σπουδαίους ὑπολαμβάνοντας· καὶ χαίροντας αὐτοῖς· καὶ ταῦτα μάλιστα πεπονθότας, περὶ ἃ μάλιστα βούλονται αὐτοὶ ἢ θαυμάζεσθαι, ἢ σπουδαῖοι δοκεῖν εἶναι, ἢ ἡδεῖς. 18. Καὶ τοὺς ὁμοίους καὶ ταὐτὰ ἐπιτηδεύοντας, ἂν μὴ παρενοχλῶσι, μηδὲ ἀπὸ ταὐτοῦ ᾖ ὁ βίος· γίγνεται γὰρ οὕτω, τό,

"-- Κεραμεὺς κεραμεῖ. ---

19. Καὶ τοὺς τῶν αὐτῶν ἐπιθυμοῦντας, ὧν ἐνδέχεται ἅμα μετέχειν αὐτούς· εἰ δὲ μή, ταὐτὸ καὶ οὕτω συμβαίνει. 20. Καὶ πρὸς οὓς οὕτως ἔχουσιν, ὥστε μὴ αἰσχύνεσθαι τὰ πρὸς δόξαν *, μὴ καταφρονοῦντες. 21. Καὶ πρὸς οὓς αἰσχυνόμεθα τὰ πρὸς ἀλήθειαν 22. Καὶ πρὸς οὓς φιλοτιμοῦνται, ἢ ὑφ' ὧν ζηλοῦσθαι βούλονται καὶ μὴ φθονεῖσθαι, τού-

* Conjun. lib. 1. c. 7. p. 55. & 56.

11. [a] Et *eos*, qui laudant bona, quæ *ipsis* adsunt, eaque præcipuè, quæ *singuli* metuunt, ne desint ipsis. 12. [3] Et *eos*, qui munditiem in vultu, in vestitu, & totâ vitâ *colunt*. 13 [4] Et [1] non exprobratores neque peccatorum *aliorum*, neq; beneficiorum *suorum*: Ambo enim sunt reprehensionibus *dediti*. 14. [a] Et non memores malorum, neq; observatores criminum; sed *qui sunt* ad reconciliandum faciles: Quales enim existiment *eos* esse erga alios, *tales* etiam erga ipsos *fore* putant. 15. [3] Et *eos*, qui nec maledici *sunt*, neque *lubentèr* nôrunt aut vicinorum mala, aut ipsorum *propria*, sed bona *tantùm*: Bonus enim *vir* hoc facit. 16. [4] Et eos, qui non adversantur irascentibus, aut seriò agentibus: Pugnaces enim *&* *contentiosi* *sunt* tales. 17. [5] Et eos, qui erga ipsos studiosè quodammodò *se* habent: Veluti, qui admirantur ipsos: & studiosos *virtutis* existimant; ipsorumque *jucundâ consuetudine* gaudent: [x] Et maximè *ità sunt* affecti in iis *rebus*, in quibus maximè volunt ipsi aut suspici, aut studiosi videri esse aut jucundi. 18. [y] Et eos, qui *sunt* similes; & qui iisdem *rebus* student; [z] si modò *ipsis* non sint impedimento, [a] neque ex eadem re victus *illis* paretur: [b] Sic enim fit *Hesiodi* illud,

"-- Figulus figulo *invidet*: ——

19. [c] Et eos, qui appetunt illas res, quarum conting t ipsos *utrosque rectè* simul esse compotes: Sin minus, i dem, *quod antè dixi*, etiam hoc modo evenit, *ut alii aliis malè velint*. 20. [6] Et *eos*, apud quos ità *famili ritèr se* habent, ut coràm iis non pudeat *eorum*, quæ ad *hominum* opinionem *pertinent*, *dummodò eosdem*, *ut abjectissimos* minimè contemnant. 21. [d] Et apud quos pudore afficiuntur, *eorum*, quæ *sunt* ad veritatem. 22. [e] Et *eos* apud quos in honore, *&* *pretio* esse contendunt; f vel quos *rerum suarum* æmulos, non autem invidos habere volunt; hos

2 [a], Amplectuntur eos, qu *celebrant ipsorum virtutes*, suoq; jam testimonio fidem faciunt, earum esse ipsos compotes.

3 [a], Familiaritèr utuntur iis, qui *in. vestimentis*, &c. elegantes, *lautique* sunt.

4 [a], Diligunt eos, qui *moribus sequent*. absunt: [1] *ne objiciant peccata* nostra, vel ipsorum *beneficia* vetera:

2 Ne valdè *præterita aliorum mala recordentur*: neque *nova* crimina sedulò *notent*; sed erga omnes placabilem, mitemque animum gerant.

3 Nec *maledicere* soleant, aut rescíscere aliorum maculas, vel suas; sed bona omnia & dicant, & teneant.

4 Ut ne *contra nitantur irascentibus*, aut sedulò in aliquo negotio occupatis.

5 [a], Amplexantur tùm eos, qui *inclinato*, & propenso *animo sunt* in ipsos; si *admirentur* sc. & *probos putent*, atque ipsorum consuetudine lætentur, &c.

x Et potissimùm, si hæc faciant in ijs, *in quibus* imprimis *illi tales haberi* cupiunt.

y Tùm eos, qui *respectu sui ipsorum*, *studijs pares sunt*:

z Ità quidem, *si neuter* eorum *impediat* alterum.

a Neque *ex eodem* cursu *victum* quærant.

b Similitudo enim illa, *per se*, amorem; *propter impedimentum* illud, indignationem parit:

c Respect. *rer.* quar. studijs tenentur. Ear. si *ambo consortes* fieri queant, his mutuæ manus & fides: Sin *alterius adeptio excludat alterum*, ut rivales regniq; socios, hi bellis odiisque æstuant.

6, Rat. tùm *affectuum in nobis*: Diligimus & eos, coram quibus *res ad opinion. turpes*, liberè *gerimus*, & absque rubore patimur.

d Et eos, quos, *pudet* habere testes rerum *ad verit. turpium*:

e Tùm *laudis* & æmulationis; Amare cupiunt & eos, quibus de laude certantes, *probari se* cupiunt.

f Et eos, quos *imitatores*

laudum suarum, non obtrectatores esse optant.

g Tum *studij*; diligunt eos, quos *officio suo juvarent*, &c. nisi inde majus sibi damnum accerserent.

7 Ex communib. notis amicitiæ; 1 Amici saltem *esse volumus* iis, quorum *amor absentiâ non minuitur*; quippe qui firmitatem ex ipsorum probitate obtinet.

h Et universim, amant eos, *qui acriter amicitiam colunt*; cernunturque in re incertâ certissimi.

2 Et eos amant, qui *aperte versantur* cum ipsis, nihilque fingunt.

i Inter quos etiam illi censendi, qui *suas res malas* ipsis *aperiunt*, nihilque obtegunt; quod probatur ex part. 20.

3 Et eos, qui propter potentiam *formidolosi non sunt*, sed auxiliares nobis futuri.

k Hæc de amore: Nunc Amicitiæ numerantur & *species tres*;

l Et *Efficientia quædam*; quæ originem, & occasionem aliquando dant amicitiæ.

inquam, aut amant, aut *iis* amici esse cupiunt. 23. g Et quibus bona *auxilio suo* procurarent, nisi *exinde* majora ipsis perventura essent mala. 24. 7 Et eis 1 *amici esse volunt*, qui similiter absentes *amicos*, ac præsentes amant: Quamobrem eos etiam, qui erga mortuos tales *se præstant*, omnes amant: h Et omninò *eos amant*, qui amicorum valdè studiosi *sunt*, nec *eos cùm malis premuntur*, deserunt: Ex iis enim qui *in quovis genere sunt* boni, maximè amant eos, qui in amicitiâ *colendâ* boni *sunt*. 25. 2 Et *eos*, qui *non* simulatè agunt apud ipsos: Hujusmodi autem *sunt* etiam *illi*, i qui sua ipsorum vitia *amicis apertè* narrant: Nam *antè* dictum est, apud amicos, *nos* eorum quæ *sunt* ad opinionem, non pudere: Si igitur *is*, quem pudet *coram altero*, *eum* non amat; is *certè*, quem non pudet, amanti similis est. 26. 3 Et eos, qui non metuendi *sunt*, & quibus confidimus: Nemo enim *eum* quem metuit, amat. 27. k Species autem amicitiæ, *sunt* 1 sodalitas; 2 familiaritas; *&* 3 cognatio; & quæcunque talia. 28. l Conficientia verò Amicitiæ *sunt*, gratia, & non rogatum *benè* fecisse, & cùm *benè illi* fecerit, *hoc aliis* non indicâsse: Hanc enim *rationem qui servat*, ipsius amici gratiâ apparet *fecisse*, & non propter aliud.

τοὺς ἢ φιλοῦσιν, ἢ βούλονται φίλοι εἶναι. 23. Καὶ οἷς ἂν τἀγαθὰ συμπεπράχωσιν, ἐὰν μὴ μέλλῃ αὐτοῖς ἔσεσθαι μείζω κακά. 24. Καὶ τοὺς ὁμοίως καὶ τοὺς ἀπόντας καὶ τοὺς παρόντας φιλοῦσι· διὸ καὶ τοὺς περὶ τοὺς τεθνεῶτας τοιούτους πάντες φιλοῦσι· καὶ ὅλως τοὺς σφόδρα φιλοφίλους *, καὶ μὴ ἐγκαταλείποντας· μάλιστα γὰρ φιλοῦσι τῶν ἀγαθῶν τοὺς φιλεῖν ἀγαθούς. 25. Καὶ τοὺς μὴ πλαττομένους πρὸς αὐτούς· τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ τὰ φαῦλα τὰ ἑαυτῶν λέγοντες· εἴρηται † γὰρ ὅτι πρὸς τοὺς φίλους τὰ πρὸς δόξαν οὐκ αἰσχυνόμεθα· εἰ οὖν ὁ αἰσχυνόμενος μὴ φιλεῖ, ὁ μὴ αἰσχυνόμενος φιλοῦντι ἔοικε. 26. Καὶ τοὺς μὴ φοβερούς· καὶ οἷς θαῤῥοῦμεν· οὐδεὶς γὰρ ὃν φοβεῖται, φιλεῖ. 27. Εἴδη δὲ φιλίας ‖, ἑταιρεία, οἰκειότης, συγγένεια, καὶ ὅσα τοιαῦτα. 28. Ποιητικὰ δὲ φιλίας, χάρις *, καὶ τὸ μὴ δεηθέντος ποιῆσαι, καὶ τὸ ποιήσαντα μὴ δηλῶσαι· αὐτοῦ γὰρ οὕτως ἕνεκα φαίνεται, καὶ οὐ δι' ἕτερον.

* Conjun. 8. Ethic. cap. 1.

† Par. 20.

‖ Conjun. 8. Ethic. cap. 14.

* Vide 9. Ethic. cap. 7.

De inimicitia. CAP. V.

Formæ de inimicitia generales, &c. à Par. 1. Quomodo differunt tùm inimicitia & ira, Par. 3. Tùm ira & odium, Par. 4. Tùm is qui irascitur, ab eo qui odit, à Par. 8.

a De Inimicitia & Odio, *Generales* quidem formæ, sumendæ *ex formis de Amicitiâ contrarijs*.

b Efficientiæ inimicitiæ, quæ.

c Speciales autem, *ex differentijs* tùm *Inimicitiæ & iræ*: Quòd illa excitetur contra eos, qui *injustè læserint*; Inimicitia, contra eos qui *nullâ re violârint*.

a DE Inimicitia verò, & Odio, manifestum *est*, ex contrariis contemplandum esse: 2. b Conficientia autem inimicitiæ & odii, *sunt* Ira, Divexatio, Criminatio. ¶ 3. c Ac ira quidem oritur ex iis *injuriis*, quæ ad seipsum *suosque pertinent*: Inimicitia verò *esse potest* etiam sine iis, quæ

Περὶ δὲ ἔχθρας καὶ τοῦ μισεῖν, φανερὸν, ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων δεῖ θεωρεῖν. 2. Ποιητικὰ δὲ ἔχθρας, ὀργὴ, ἐπηρεασμὸς, διαβολή. ¶ 3. Ὀργὴ μὲν οὖν ἐστὶν ἐκ τῶν πρὸς ἑαυτόν· ἔχθρα δὲ, καὶ ἄνευ τῶν πρὸς

πρὸς ἑαυτόν· ἐὰν γὰρ ὑπολάβωμεν εἶναι τοιόνδε, μισοῦμεν. ¶ 4. Καὶ ἡ μὲν ὀργή, ἀεὶ περὶ τὰ καθ' ἕκαστα *, οἷον Καλλίᾳ ἢ Σωκράτῃ· τὸ δὲ μῖσος, καὶ πρὸς τὰ γένη· τὸν γὰρ κλέπτην μισεῖ καὶ τὸν συκοφάντην ἕκαστος. 5. Καὶ τὸ μὲν, ἰατὸν χρόνῳ· τὸ δ', ἀνίατον. 6. Καὶ ἡ μὲν, τοῦ λυπῆσαι ἐφίεται· ἡ δὲ, τοῦ κακῶσαι μᾶλλον· αἰσθάνεσθαι γὰρ βούλεται ὁ ὀργιζόμενος· τῷ δὲ, οὐδὲν διαφέρει· ἔστι δὲ, τὰ μὲν λυπηρά, αἰσθητὰ πάντα· τὰ δὲ μάλιστα κακά, ἥκιστα αἰσθητά. ἀδικία καὶ ἀφροσύνη· οὐδὲν γὰρ λυπεῖ ἡ παρουσία τῆς κακίας. 7. Καὶ τὸ μὲν, μετὰ λύπης· τὸ δ', οὐ μετὰ λύπης· ὁ μὲν γὰρ ὀργιζόμενος, λυπεῖται· ὁ δὲ μισῶν, οὔ. ¶ 8. Καὶ ὁ μὲν, πολλῶν ἂν γενομένων, ἐλεήσειεν· ὁ δὲ, οὐδενός· ὁ μὲν γάρ, ἀντιπαθεῖν βούλεται ᾧ ὀργίζεται· ὁ δὲ, μὴ εἶναι. 9. Φανερὸν οὖν ἐκ τούτων, ὅτι ἐνδέχεται ἐχθροὺς καὶ φίλους καὶ ὄντας ἀποδεικνύναι, καὶ μὴ ὄντας ποιεῖν, καὶ φάσκοντας διαλύειν, καὶ ἢ δι' ὀργὴν ἢ δι' ἔχθραν ἀμφισβητοῦντας, ἐφ' ὁπότερ' ἂν προαιρῆταί τις, ἄγειν.

*Conjun. cap. 2. pag. 2.

ad seipsum: Si enim existimemus aliquem esse talem; eum odio habemus. ¶ 4. [d] Et [1] ira quidem, semper adversùs singularia exercetur; velut, Callium, vel Socratem; odium verò, etiam adversùs *ipsa* genera: Nam furem odio habet, & Sycophantam unusquisque. 5. [2] Et illa quidem, sanabilis tempore; hoc verò, insanabile. 6. [3] Et illa, *dolore, seu* molestiâ afficere appetit; hoc autem, malo potiùs affligere: Qui enim irascitur, *dolorem* sentire vult *eum, cui irascitur*; qui autem odit, *dummodo inimicus damnum habeat, sentiat is necne*, nihil curat. Sunt autem molesta quidem, *ejusmodi*, ut sentiantur omnia: Quæ verò maxima mala *sint*, minimè sensum movent: *velut*, injustitia, & amentia: Nam vitii præsentia, nullum dolorem *hominibus* affert. 7. [4] Et illa quidem, cum dolore *conjuncta*; hoc verò, cum dolore nequaquàm: Qui enim irascitur, molestiâ afficitur; qui odio habet, non *afficitur*. ¶ 8. [e] Et ille quidem, si multa *mala* facta sint *ei, cui iratus fuit, ejus* miseretur; hic verò, nullius *misereri solet*: Ille enim, vicissim *dolorem* vult pati *eum*, cui irascitur; hic verò, *eum* non esse, *&* *funditùs everti cupit*. 9. [f] Manifestum igitur ex dictis, *est*, *Oratorem* posse tùm illos, qui *verè* sint inimici, & amici, demonstrare; &, qui non sint, *oratione* efficere; qui autem dicunt *se esse*, dissolvere: [g] tùm *illos*, qui an ob iram, an ob inimicitiam *factum sit*, controversantur, in utram partem quis præeligat, ducere.

[1] Sunt odii Quatuo, genera odium melancholicum, ferinum, naturale, & humanum.

d Tùm *Iræ* & *Odij*; quòd ira sit contra *certos homines*; odium adversùs *genera hominum*, & nationes.

2 Iram *temporis longinquitas* minuit; Odio, *senium* invenitur *nullum*, præter mortem.

3 Ira, *dolorem inurere* sat habet: Odium, non dolorem, sed ipsum *malum importare* expetit.

4 Ira, *adjunctam ægritudinem habet*, ex opinione injuriæ acceptæ; odium, *ægritudine vacat*, cùm sit contra eos, qui nullâ re incommodarint,

e Tum ejus deniq; *qui irascitur*, ab eo, *qui odit*; quòd ille, *misericordiâ tangitur*, cum eum, cui succensuit, obrutum malis videt; huic *misericordia* excitatur *nulla*.

f Præcept. Ex formis *præcedentis cap.* docere poteris, potissimum *in genere Demonstrativo*, Qui sint amici vel non sint, &c.

g Ex for. *hujus cap.* à part. 3a ostendes, præsertim *in judicijs*; utrum ob iram, an ob odium, quicquam factum sit.

De metu.

CAP. VI.

Metus quid, Par. 1. *De Quæst.* 1a, *&* 2a, *Primùm Quas res, & Quas ob causas metuant, à Par.* 4. *Deinde, Qui homines metuendi sint, & Quas ob causas, à Par.* 10. *Denique, Quæ metuenda maximè, à Par.* 19. *De* 3a *Quæst. Quales sint ii, qui metuunt, à Par.* 22.

Ποῖα δὲ φοβοῦνται, καὶ τίνας, καὶ πῶς ἔχοντες,

[a] QUalia verò metuant, & Quos, & Quomodò *se* habentes, mani-

a De *Metu* dicendum eâdem methodo:

b *Definito* igitur; *Metum* esse tumultum quendam animi, ortum *ex specie futuri mali*; quod quidem, cùm *interitum minari*, aut dolores inurere videatur:

* (Cujusmodi mala, non sunt vitia aut *labes animi* aliqua, & similia, sed quæ *aliunde importantur*, & vulgò creduntur mala:)

c Tum etiam *ità propinquum sit, ut impendeat*, & jamjam in eum casurum videatur.

d *Quæ* enim propè adesse non putantur, nihil quicquam nos perterrefaciunt, uti liquet exemplo mortis.

e De 1ª & 2ª *Quæst.* Formæ: Ac 1°, [*Quas res & quas ob causas met.*]

* *Omninò*, ea timorem incutiunt, *quæ videntur vim habere* magnam, nos *perdendi*, & detrimenta invehendi ea, quæ acerrimos dolores pariunt.

f Unde, & harum rerum etiam *indicia ipsa*, notasque perhorrescimus.

g. Speciatim autem, hujusmodi (*quæ vim illam*, &c.) sunt.

1 *Simultates*, & *ira* eorum, qui ad inferendas injurias facultatem habent.

2 *Pravitas*, & injustitia, *vires nacta*: Nam de *voluntate* dubitari non potest, cum *studio* feratur ad nocendum.

3 Animi *fortitudo*, *ludibrio habita*; si viribus destituta non sit: Tunc siquidem injurias haud inultas feret.

4 *Metus* eorum, qui sibi prætimentes, *facultatem* habent *nocendi*: Hi. n. ut se extra periculum ponant, id alijs confestim creant.

2 [*Qui metuendi*, & *Quas ob causas*] sic: *Quia* magna hominum pars, & naturâ *pravi* sunt, & spe lucri *fidem fallunt*, & præ timore in dubijs *amicos deserunt*.

* Ideo metuendum, *arcana*, vitamque *alijs committere*.

* Unde colligitur, Metuendos esse homines; 1 ob *conscientiam* a-

manifestum hoc erit modo: b Sit ergò metus, molestia quædam, & perturbatio, *quæ oritur* ex phantasiâ futuri mali,[1] *ejusque* vel idonei ad interimendum, vel molesti. 2.* Non enim omnia mala metuuntur; veluti, ne *quis* futurus sit injustus, aut *ingenio* tardus; sed *ea* quæcunque vel molestias magnas, vel interitus *afferre* possunt: 3. c Et hæc *quidem*, si non procul, sed propè *ipsis esse* appareant; ità ut *quodammodo* impendeant: d Nam quæ procul admodum *sunt ea* non metuuntur: Sciunt enim omnes, se *aliquando* morituros; sed quia *mors* non propè *esse videtur*, *ideò eam* nihil curant. ¶ 4. e Si igitur metus hujusmodi est, * necesse *est*, ut talia metuenda sint, quæcunque apparent facultatem habere magnam interimendi, vel afferendi detrimenta, ad molestiam magnam pertinentia. 5. f Quamobrem & signa hujusmodi *malorum*, *sunt* metuenda: Propè enim apparet *esse id quod* metuendum *est*. Hoc enim dicitur *esse* periculum; *nempè* rei metuendæ appropinquatio. 6. g Ejusmodi verò *sunt*, 1 inimicitia & ira *eorum*, qui possunt efficere aliquid: Perspicuum enim *est eos* & velle, & posse *efficere*: Quare propinqui, & *parati* sunt ad efficiendum, & *nocendum*. 7. 2 Et injustitia, *nocendi* facultatem habens: Nam injustus *est* in eo; quia præeligit *esse* injustus. 8. 3 Et virtus contumeliam passa, cùm *ulciscendi* facultatem habet: Perspicuum enim *est*, quòd *virtus* cùm contumeliâ afficitur, semper quidem præeligit *ulcisci*, nunc verò *etiam præstare hoc* potest. 9. 4 Et *metuendus est* eorum metus, qui poterunt aliquid efficere: Necesse enim *est*, etiam *eum* qui talis *sit*, in apparatu *quodam* esse. ¶ 10. 2 Quoniam autem plerique *mortalium sunt* deterioris *ingenii*, & lucro prorsùs dediti, & in *subeundis* periculis timidi: * *Ideo* metuendum plerunque *est*, ex aliorum arbitrio pendere quenquam. 11. * Quare 1 conscij ei, qui fecerit

ὧδ' ἔσαι φανερόν· ἔσω δὴ φόβος, λύπη τις ἢ ταραχὴ ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ, ἢ φθαρτικοῦ, ἢ λυπηροῦ. 2. Οὐ γὰρ πάντα τὰ κακὰ φοβοῦνται *· οἷον, εἰ ἔσαι ἄδικος ἢ βραδύς· ἀλλ' ὅσα ἢ λύπας μεγάλας, ἢ φθορὰς δύναται. 3. Καὶ ταῦτα, ἂν μὴ πόῤῥω, ἀλλὰ σύνεγγυς φαίνηται, ὥστε μέλλειν †· τὰ γὰρ πόῤῥω σφόδρα, οὐ φοβοῦνται· ἴσασι γὰρ πάντες, ὅτι ἀποθανοῦνται· ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐγγὺς, οὐδὲν φροντίζουσιν. ¶ 4. Εἰ δὴ ὁ φόβος τοῦτ' ἐστὶν, ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα φοβερὰ εἶναι, ὅσα φαίνεται δύναμιν ἔχειν μεγάλην τοῦ φθείρειν, ἢ βλάπτειν βλάβας εἰς λύπην μεγάλην συντεινούσας. 5. Διὸ καὶ τὰ σημεῖα τῶν τοιούτων, φοβερά· ἐγγὺς γὰρ φαίνεται τὸ φοβερόν· τοῦτο γάρ ἐστι κίνδυνος, φοβεροῦ πλησιασμός. 6. Τοιαῦτα δὲ, ἔχθρα τε καὶ ὀργὴ δυναμένων ποιεῖν τι· δῆλον γὰρ ὅτι βούλονταί τε καὶ δύνανται· ὥστε ἐγγύς εἰσι τοῦ ποιεῖν. 7. Καὶ ἀδικία δύναμιν ἔχουσα· τῷ προαιρεῖσθαι γὰρ ὁ ἄδικος, ἄδικος. 8. Καὶ ἀρετὴ ὑβριζομένη δύναμιν ἔχουσα· δῆλον γὰρ ὅτι προαιρεῖται μὲν, ὅταν ὑβρίζηται, ἀεὶ, δύναται δὲ νῦν. 9. Καὶ φόβος, τῶν δυναμένων τι ποιῆσαι· ἐν παρασκευῇ γὰρ ἀνάγκη εἶναι καὶ τὸν τοιοῦτον. ¶ 10. Ἐπεὶ δ' οἱ πολλοὶ χείρους καὶ ἥττους τοῦ κερδαίνειν, καὶ δειλοὶ ἐν τοῖς κινδύνοις, φοβερὸν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ ἐπ' ἄλλῳ αὐτὸν εἶναι. 11. Ὥστε οἱ συνειδότες πεποιηκότι

* *Conjun. 3. Ethic. cap.* 9.

† *Ibid. in ne cap.*

ποιηκότι τὶ δεινὸν, φοβεροὶ, ἢ κατειπεῖν, ἢ ἐγκαταλιπεῖν. 12. Καὶ οἱ δυνάμενοι ἀδικεῖν, ἀεὶ τοῖς δυναμένοις ἀδικεῖσθαι· ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ, ἀδικοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ὅταν δύνωνται. 13 Καὶ οἱ ἠδικημένοι οἱ νομίζοντες ἀδικεῖσθαι· ἀεὶ γὰρ τηροῦσι καιρόν. 14. Καὶ οἱ ἠδικηκότες, ἐὰν δύναμιν ἔχωσι, φοβεροὶ, δεδιότες τὸ ἀντιπαθεῖν· ὑπέκειτο * γὰρ τὸ τοιοῦτο φοβερόν. 15. Καὶ οἱ τῶν αὐτῶν ἀνταγωνισαὶ, ὅσα μὴ ἐνδέχεται ἅμα ὑπάρχειν ἀμφοῖν· ἀεὶ γὰρ πολεμοῦσι πρὸς τοιούτους. 16. Καὶ οἱ τοῖς κρείττοσιν αὐτῶν φοβεροὶ, καὶ αὐτοῖς φοβεροί· μᾶλλον γὰρ ἂν δύναιντο βλάπτειν αὐτοὺς, ἢ τοὺς κρείττους· καὶ οὓς φοβοῦνται οἱ κρείττους αὐτῶν, διὰ ταὐτό· καὶ οἱ τοὺς κρείττους αὐτῶν ἀνῃρηκότες. 17. Καὶ οἱ τοῖς ἥττοσιν αὐτῶν ἐπιτιθέμενοι· ἢ γὰρ ἤδη φοβεροὶ, ἢ αὐξηθέντες. 18. Καὶ τῶν ἠδικημένων καὶ ἐχθρῶν ἢ ἀντιπάλων οὐχ οἱ ὀξύθυμοι καὶ παρρησιαστικοὶ, ἀλλ' οἱ πρᾶοι καὶ εἴρωνες καὶ πανοῦργοι· ἄδηλοι γὰρ, ἢ ἐγγὺς ὦσι· οὐδέποτε φανεροί, ὅτι πόῤῥω. ¶ 19. Πάντα δὲ τὰ φοβερὰ, φοβερώτερα, ὅσα ἂν ἁμάρτωσιν, ἐπανορθώσασθαι μὴ ἐνδέχεται, ἀλλ' ἢ ὅλως ἀδύνατα, ἢ μὴ ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις. 20. Καὶ ὧν βοήθειαι μὴ εἰσὶν, ἢ μὴ ῥᾴδιαι. 21. Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν φοβερά ἐστιν ὅσα ἐφ' ἑτέρων γινόμενα ἢ μέλλοντα, ἐλεεινά † ἐστι. σχεδὸν τὰ μὲν οὖν φοβερὰ καὶ ἃ φοβοῦνται, σχεδὸν, ὡς εἰ-

* Par. 9.

† Conjur. cap. 10. p. 21.

grave aliquid, metuendi *sunt*, *ne* aut *lucri spe*, indicent, aut *eum in periculo* deserant. 12. [a]Et *ii*, [1] qui *facilè* possunt injuriam facere, *semper metuendi sunt ijs* qui possunt injuriam pati: Nam plerunque injuriam faciunt homines, quando possint. 13 Et [2] qui injuriam *ab ullo* acceperunt, si existiment *se* accepisse: Semper enim observant *ulciscendi* occasionem. 14. [3]Et qui injuriam *semel* fecerunt, si facultatem habeant, metuendi *sunt postea*; *quippe qui* reformidant talionem: Positum enim erat, ejusmodi *esse id*, quod metuendum *est*. 15. [3] Et qui *sunt* competitores earundem *rerum*, quæcunque non contingit simul inesse utrisque: Semper enim *illi* bellum gerunt cum istis; *sæpè etiam se mutuò tollere conantur*. 16. [4]Et [1] qui potentioribus metuendi, etiam ipsis *sunt* metuendi: Magis enim poterint nocere ipsis, quàm potentioribus: [2] Et quos metuunt *illi*, qui *sunt* potentiores ipsis, ob eandem *causam*: [3] Et qui *alios* potentiores ipsis sustulerunt. 17. [h] Et qui inferiores ipsis invaserunt: Aut enim jam metuendi *sunt*, aut cùm creverint. 18. [i] Et ex ijs *omnibus*, qui injuriam acceperunt, & ex inimicis, & *ex* æmulis, *metuendi sunt* [k] non qui ad excandescendum *sunt*, & ad liberè loquendum proclives; [l] sed qui mansueti, & dissimulatores & versuti: Obscuri enim *sunt*, *an* propè sint *ad nocendum*: Quare nunquam *nobis* manifesti *sunt*, quòd *satis sint* remoti. ¶ 19. [3] Ex omnibus autem metuendis, *illa* maximè metuenda *sunt*, quæcunque si *semel in ijs* erratum fuerit, corrigi non contingit sed aut omninò *emendari* non possunt, aut *saltem emendatio* non in ipsorum, sed in adversariorum *est* potestate. 20. [m] Et quorum auxilia *vel* nulla sunt, vel non facilia. 21. [n] Ut autem simpliciter dicam, metuenda sunt, quæcunque cùm alijs eveniunt, vel eventura sint, miseranda sunt. Ac quæ quidem metuenda *sint*, & quæ metuant, propemodùm, ut *ità* dicam,

atrocioris facti; periculum enim est, ne authorem, præmio proposito, indicent, &c.

2 Rat. *injuriarum*; 1 Qui *possint injuriam* facere, formidolosi ijs, quid ad injuriam sunt expositi: Occasionem enim illi oblatam fere non dimittunt:

2 Qui *injuriam* se accepisse *arbitrantur*:

3 Qui *injuriam intulerunt*, metuendi: Cùm enim semper timeant, ne pœnas petulantiæ luant, quærunt omni ratione inimicos infirmiores reddere, quò ipsi securiùs vivant.

3 Rat. *competitionis honorum seu præmiorum*, &c. Æmuli rivalesque eorundem formidandi, &c.

4 Rat. *inimicitiæ*, Sive *cum potentiorib*: Metuendi enim nobis illi, qui potentioribus 1 vel *formidolosi* sunt:

2 Vel, *ob damna* illis data, *reformidentur*:

3 Vel *necem ijs attulerunt*, &c. *b* Sive *cum imbecillioribus*: Quibus si impetum fecerint; metuendi sunt, ne idem nobis nunc vel posthac facere aggrediantur, &c.

1 De dictis, notat: Inter eos qui *injustè læsi*, par. 13. vel *inimici* sunt, par. 16. aut nobiscum *contendunt*; par. 15. metuendos esse.

k Non eos, *qui acutæ bilis* sunt, & quod animo versant, in ore habent:

l Sed illos potiùs, *qui sedati*; & aliud dicunt atque sentiunt, & vafri sint.

3 Ex omnibus metuendis, Quæ *maximè pavorem incutiunt*? Ea sane, tùm quæ (*sicubi* in ijs *lapsus sis*) *post* acceptum malum, *emendari nequeunt*, &c.

m Tùm quibus, ut *anteà* evitentur, *auxilia* aut *nulla* sunt, aut *valde ardua*.

n Omninò ea, quæ *metuenda* sunt, *hâc notâ* intelliguntur, *si*, cùm alijs evenerint, vel impendeant, *misericordiâ digna* videntur.

o De 3a Quæst. [Quales sint ii, qui metuunt] sic:

p Cùm metus adjunctam habeat *expectationem gravioris mali*:

* Certè nec ullo modo *timent ii, qui putant se nihil damni sustinere posse*;

* Nec *ea mala timent*, à quibus liberos se putant, &c.

q Proinde illi necessariò timent, qui *superioribus illis contrarii*, &c.

r Atqui *nihil damni se accipere posse* credunt, tum ii, *qui in summa fortunâ* sunt, ac florentes res suas opinantur firmas.

ſ Ex qua opinione, plerunque isti contumeliosi, & contemptores evadunt, &c.

t Idque propter divitiarum, roboris, cæterarumque rerum copiam.

u Tum ii, qui *acerbissima quæque subière*; & qui *jam obstupefacti*, nullum esse putant locum miseriis novis.

x Et enim qui metuit, necessariò subesse nonnihil spei de salute, &c. Undè, cùm metuere incipiunt, confugiunt ad consilia, ut qui mala vitandi viam superesse confidant:

y Ex dictis conclud. Quibus metum incutere velis, ostendes; ipsos esse *malis illis expositos*; siquidem

z Et majores, quàm illi sint *talia passi*, & à talibus, &c.

a Et *pares similesque illis* ea mala, quæ ipsis imminere affirmamus, perpessi sint, &c.

hæc sunt præcipua. ¶ 22. o Quomodo verò affecti, ipsi metuant, nunc dicamus. p Si ergo est metus cum expectatione perpetiendi aliquod perniciosum malum; * manifestum *est*, neque quemquam *eorum*, qui arbitrantur *se* nihil passuros, metuere; * neque ea *metuere*, quæ non arbitrantur *se* passuros; neque eos à quibus non arbitrantur, neque tunc, cùm minimè arbitrantur: q Necesse itaque *est* metuere eos, qui arbitrantur aliquid *mali se* passuros, & qui ab his, & *qui* hæc, & *qui* tunc *arbitrantur*. 23. r Non arbitrantur autem *se* passuros, neq; qui in prosperitatibus magnis sunt, & *ità esse sibi* videntur: (ſ Quamobrem contumeliosi *sunt isti*, & neglectores, & *in periculis subeundis* audaces: t Tales verò *ipsos* reddunt divitiæ, robur *corporis*, multitudo amicorum, potentia *civilis*.) 24. u Neque qui jam se passos esse gravia putant omnia, & qui *spe omni abjectâ* obriguerunt ad futurum; ut qui Tympano, *seu fidiculis* jam nunc *cruciantur*: x Sed oportet aliquam subesse *adhuc* spem salutis *in ea re*, de qua anguntur. Signum autem *hujus est*, quia metus *homines* paratos ad consultandum reddit: Atqui de *rebus* desperatis consultat *ampliùs* nemo. 25. y Quare oportet *Auditores tuos* tales conformare; si è re tuâ fuerit, ad metum ipsos impelli; *dicendo*; Quòd *ipsi* sint ejusmodi *homines*, qui pati poterint; quippè z quia alii *ipsis* majores passi sunt *mala hæc*, & *ab his*, &c. & a ostendere *oportet*, pares *illis* pati, aut passos esse, & ab iis, à quibus non arbitrabantur, & hæc *eadem mala*, & tunc, cùm minimè arbitrabantur.

πεῖν, τὰ μέγιστα ταῦτά ἐστιν. ¶ 22. Ὡς δὲ διακείμενοι αὐτοὶ φοβοῦνται, νῦν λέγωμεν· εἰ δή ἐστιν ὁ φόβος μετὰ προσδοκίας τοῦ πείσεσθαί τι φθαρτικὸν πάθος, φανερὸν ὅτι οὐδεὶς φοβεῖται τῶν οἰομένων μηδὲν ἂν παθεῖν, οὐδὲ ταῦτα ἃ μὴ οἴονται παθεῖν, οὐδὲ τούτοις ὑφ᾽ ὧν μὴ οἴονται, οὐδὲ τότε ὅτε μὴ οἴονται· ἀνάγκη τοίνυν φοβεῖσθαι τοὺς οἰομένους τι παθεῖν ἄν, καὶ τοὺς ὑπὸ τούτων, καὶ ταῦτα, καὶ τότε. 23. Οὐκ οἴονται δὲ παθεῖν ἄν, οὔτε οἱ ἐν εὐτυχίαις μεγάλαις ὄντες, καὶ δοκοῦντες· (διὸ ὑβρισταὶ καὶ ὀλίγωροι καὶ θρασεῖς· ποιεῖ δὲ τοὺς τοιούτους, πλοῦτος, ἰσχύς, πολυφιλία, δύναμις.) 24. Οὔτε οἱ ἤδη πεπονθέναι νομίζοντες τὰ δεινά, καὶ ἀπεψυγμένοι πρὸς τὸ μέλλον, ὥσπερ οἱ ἀποτυμπανιζόμενοι ἤδη· ἀλλὰ δεῖ τινα ἐλπίδα ὑπεῖναι σωτηρίας, περὶ οὗ ἀγωνιῶσι· σημεῖον δέ· ὁ γὰρ φόβος βουλευτικοὺς ποιεῖ *· καίτοι οὐδεὶς βουλεύεται περὶ τῶν ἀνελπίστων. 25. Ὥστε δεῖ τοιούτους παρασκευάζειν, ὅταν ᾖ βέλτιον τὸ φοβεῖσθαι αὐτούς, ὅτι τοιοῦτοί εἰσιν, οἷοι παθεῖν· καὶ γὰρ ἄλλοι μείζους ἔπαθον· καὶ τοὺς ὁμοίους δεικνύναι πάσχοντας, ἢ πεπονθότας, καὶ ὑπὸ τούτων ὑφ᾽ ὧν οὐκ ᾤοντο, καὶ ταῦτα, καὶ τότε ὅτε οὐκ ᾤοντο.

* Conjun. Sect. 13. Prob. 15.

De confidentia.

CAP. VII.

Confidentia quid, Par. 1. *Ejus quæst.* 1a, *Quæ res confidentiam afferunt*, à Par. 2. 2da, *Qui homines confidenti nos animo faciant*, à Par. 4. 3a, *Qui homines confirmato sint animo in periculis*, à Par. 7.

Ἐπεὶ δὲ περὶ φόβου φανερὸν τί ἐστι, καὶ περὶ τῶν φοβερῶν, καὶ ὡς ἕκαστοι ἔχοντες δεδίασι, φανερὸν ἐκ τούτων, καὶ τὸ θαῤῥεῖν τί ἐστι, καὶ περὶ ποῖα θαῤῥαλέοι, καὶ πῶς διακείμενοι θαῤῥαλέοι εἰσί· τό, τε γὰρ θάρσος ἐναντίον τῷ φόβῳ, καὶ τὸ θαῤῥαλέον τῷ φοβερῷ· ὥστε μετὰ φαντασίας ἡ ἐλπὶς τῶν σωτηρίων, ὡς ἐγγὺς ὄντων· τῶν δὲ φοβερῶν, ἢ μὴ ὄντων, ἢ πόῤῥω ὄντων. ¶ 2. Ἔστι δὲ θαῤῥαλέα, τά τε δεινὰ πόῤῥω ὄντα, καὶ τὰ θαῤῥαλέα ἐγγύς. 3. Καὶ ἐπανορθώσεις ἐὰν ὦσι, καὶ βοήθειαι, ἢ πολλαὶ, ἢ μεγάλαι, ἢ ἄμφω. ¶ 4. Καὶ μήτε ἠδικημένοι, μήτε ἠδικηκότες ὦσιν. 5. Ἀνταγωνισταί τε ἢ μὴ ὦσιν ὅλως, ἢ μὴ ἔχωσι δύναμιν· ἢ δύναμιν ἔχοντες, ὦσι φίλοι· ἢ πεποιηκότες ὦσιν εὖ, ἢ πεπονθότες. 6. Ἢ ἐὰν πλείους ὦσιν οἷς ταῦτα συμφέρει, ἢ κρείττους, ἢ ἄμφω. ¶ 7. Αὐτοὶ δὲ οὕτως ἔχοντες, θαῤῥαλέοι εἰσίν· ἐὰν πολλὰ κατωρθωκέναι οἴωνται, καὶ μὴ πεπονθέναι. 8. Ἢ ἐὰν πολλάκις ἐληλυθότες ὦσιν εἰς τὰ δεινὰ, καὶ διαπεφευγότες· διχῶς γὰρ ἀπαθεῖς γίγνονται οἱ ἄνθρωποι, ἢ τῷ μὴ πεπειρᾶσθαι, ἢ τῷ βοηθείας ἔχειν· ὥσπερ

QUoniam verò de Metu manifestum est, quid sit, & de Metuendis; & quomodò singuli *se* habentes, timeant; manifestum ex his *est etiam* Confidere quid sit, & in QUALIBUS *rebus* confidant *homines*, & QUOMODO affecti sint confidentes: a Etenim & Confidentia metui contraria *est*, & *id* quod Confidentiam affert, ei quod metum: [b] Quare *Confidentia, est* spes *conjuncta* cum phantasia *rerum* salutarium, ut quæ propè sint; metuendarum verò, ut quæ non sint, aut longè absint. ¶ 2. [c] Confidentiam verò afferunt, & gravia *mala*, si [1] longè absint, & si ea quæ confidentiam pariunt propè *sint*. 3. [2] Et *malorum* remedia, si *præsto* sint; & auxilia vel multa, vel magna, vel utraque. ¶ 4. [d] Et [1] *si* neque injuriam *à nobis* acceperint, neque *nobis* intulerint. 5. [2] Et competitores, *si* aut non sint *ipsis* omninò; aut *si sint*, non habeant facultatem *nocendi*; aut si facultatem habeant, sint amici, vel beneficia *ipsis* dederint, aut *ab iis* acceperint. 6. [3] Aut, si *illi* quibus hæc, *quæ nobis*, conducunt, sint plures, aut *viribus* præstantiores, aut utrique. ¶ 7. [e] Ipsi autem, sic *se* habendo, sunt confidentes: [1] Si *in rebus dubiis* multa *se* rectè egisse arbitrentur, & nihil *incommodi* passos esse. 8. [f] Aut si sæpè inciderint in gravia *mala*, & *incolumes indè* evaserint; [g] Bifariàm enim homines *in periculis*, *meticulosæ* perturbationis expertes fiunt, [1] vel quòd *illa* non*dum* experti sunt, [2] vel quòd auxilia habeant, *quibus illa depellant*: [h] Veluti

Definitio & formæ Confidentiæ, colliguntur ex definit. & formis metus;

d Rat. Quia confidentia & metus contraria, &c. contrariorum autem uno cognito, simul innotescit reliquum.

b Præmisso igitur, Confidentia quid.

c Formæ de 1. Quæst. [*Quæ res fidentem reddant?*] nimirum,

1 *Longinquitas* rerum *atrocium*.

2 *Medicina*, quâ res malæ releventur; & *auxilia*, *quibus* quæ restant, arceantur.

d De 2. Quæst. [*Qui homines fidentiam addant?*] utpote,

1 *Qui nec læsi* à nobis *sint*, nec *læserint*: contra præc. cap. par. 13. & 14.

2 *Adversarii* & *æmuli* si *nulli* nobis fuerint, &c. contra præc. cap. par. 15.

3 *Socii periculi* si *plures* sint, quàm qui periculum creant.

e De 3. Quæst. [*Qui homines, fidentes?*] nimirum,

1 *Qui vel extra periculum* positi, res ad eum, quem vellent, exitum perduxêre, &c.

f Vel crebrò è gravioribus periculis salvi emerserunt:

g Rat. Firmamur enim in dubiis, 1 vel ut mala *nunquam experti*, ut superiores par. 7.

2 Vel ut *remediis* ad illa propulsanda instructi; ut posteriores, par. 8.

b Illustr. rat. à simili.

2 Firmato animo sunt, qui intelligunt malum illud, nec *metum incussisse paribus* nec *minoribus* etiam, *&c.*

3 Fidentes sunt, qui putant se *excellere* illorum *copiâ*, quæ *formidandos* homines *faciunt*.

i Talia sunt, *vis magna pecuniæ, robur militum*, &c. quæ fortunati dynastæ potiùs, quàm privati hominis, sunt propriæ.

4 In magnâ perturbatione nullo metu sollicitantur ii, qui *nemini os læserint*, &c. sed injuriis *ipsi lacessiti* sint.

k Et universim ii, qui *injuriâ acceptâ, deos secum esse*, suasque partes adjuvare *credunt*: Idq; ex *signis* quibusdam, & *responsis* secundis.

l Ratio, tùm *prioris* sententiæ; ex *conditione iræ*:

m Tùm posterioris; ex opinione omnium.

5 Iis adduntur animi, qui si *hostium* incursum *prævenerint, nihil* se *capturos* sperant *incommodi*, &c.

luti, in maritimis periculis, tùm *illi* de futurâ *salute* confidunt, qui *sunt* tempestatis imperiti, tùm *illi*, qui auxilia *in se* habent, propter experientiam *navigandi*. 9. [2] Et cùm *malum illud* non sit metuendum æqualibus, neque inferioribus *suis*, & *iis* quibus *se* præstantiores esse arbitrantur: Arbitrantur autem *se præstare illis*, quos vicerint, sivè ipso, sivè præstantiores, sivè similes. 10. [3] Et si adesse ipsis arbitrentur plura, & majora *eorum*, quibus *ii* qui excellunt, metuendi sunt: [i] Ea verò sunt, multitudo pecuniarum, & robur corporum, & amicorum, & regionis, & eorum, quæ ad bellum apparantur, vel omnium, vel maximorum. 11. [4] Et si injuriam fecerint, aut nemini aut non *sanè* multis, aut non talibus, à quibus metuunt. 12. [k] Et omninò, si *ea* quæ ad Deos *pertinent*, ipsis egregiè *se* habeant, cùm alia *omnia*, tùm *ea* quæ ab ostentis, & oraculis *portenduntur*. 13. [l] Etenim ira (*cùm cos sit fortitudinis*) confidentiam affert: At non injuriam facere, sed accipere, iræ efficiens *est*: [m] *Numen* autem divinum existimatur *propitium esse & auxiliari* iis, qui injuriam accipiunt. 14. [5] Et cùm priores impetum facientes, vel nihil *se mali* pati, aut passuros esse; vel *rectè & ex sententiâ* acturos arbitrantur. Ac de metuendis quidem, & fidentiam afferentibus, dictum est.

ἐν τοῖς κατὰ θάλατταν κινδύνοις, οἵτε ἄπειροι χειμῶνος, θαῤῥοῦσι τὰ μέλλοντα *· καὶ οἱ βοηθείας ἔχοντες, διὰ τὴν ἐμπειρίαν. 9. Καὶ ὅταν τοῖς ὁμοίοις μὴ ᾖ φοβερὸν, μηδὲ τοῖς ἥττοσι, καὶ ὧν κρείττους οἴονται εἶναι· οἴονται δὲ, ὧν κεκρατήκασιν, ἢ αὐτῶν, ἢ τῶν κρειττόνων, ἢ τῶν ὁμοίων. 10. Καὶ ἐὰν ὑπάρχειν αὐτοῖς οἴωνται πλείω καὶ μείζω, οἷς ὑπερέχοντες φοβεροί εἰσι· ταῦτα δ' ἐστὶ, πλῆθος χρημάτων †, καὶ ἰσχὺς σωμάτων, καὶ φίλων, καὶ χώρας, καὶ τῶν πρὸς πόλεμον παρασκευῶν, ἢ πασῶν, ἢ τῶν μεγίστων. 11. Καὶ ἐὰν μὴ ἠδικηκότες ὦσιν, ἢ μηδένα, ἢ μὴ πολλοὺς, ἢ μὴ τοιούτους, περὶ ὧν φοβοῦνται. 12. Καὶ ὅλως ἂν τὰ πρὸς θεοὺς αὐτοῖς καλῶς ἔχῃ, τά τε ἄλλα, καὶ τὰ ἀπὸ σημείων καὶ λογίων. 13. Θαῤῥαλέον γὰρ ἡ ὀργή ‖· τὸ δὲ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀδικεῖσθαι, ὀργῆς ποιητικόν· τὸ δὲ θεῖον ὑπολαμβάνεται βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις. 14. Καὶ ὅταν προεπιχειροῦντες, ἢ μηδὲν ἂν παθεῖν, μηδὲ πείσεσθαι, ἢ κατορθώσειν οἴωνται· καὶ περὶ μὲν τῶν φοβερῶν καὶ θαῤῥαλέων, εἴρηται.

* Conjun. 3. Ethic. cap. 9.

† Conjun. lib. 1. c. 4. p. 9.

‖ Conjun. 3. Ethic. cap. 11.

De Pudore. Cap. VIII.

Pudor quid: Par. 1. *Ejus Quæst.* 1[a] *Quæ res pudorem afferunt, à Par.* 3 2da, *Apud Quos homines pudore afficiuntur, à Par.* 19. 3[a], *Qui homines pudore suffunduntur, à Par.* 33.

a De pudore sequ. formæ:

b *Præmisso*, Pudor Quid;

[a] QUALIA verò *sint ea quorum*, Pudet, & non Pudet, & apud QUOS, & QUOMODO *se* habentes, ex hisce *erit* perspicuum: [b] Sit

Ποῖα δὲ αἰσχύνονται καὶ ἀναισχυντοῦσι, καὶ πρὸς τίνας, καὶ πῶς ἔχοντες, ἐκ τῶνδε δῆλον· ἔστω δὴ αἰσχύνη,

Αἰσχύνη, λύπη τις καὶ ταραχὴ περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινόμενα φέρειν τῶν κακῶν, ἢ παρόντων, ἢ γεγονότων, ἢ μελλόντων. 2. Ἡ δ' ἀναισχυντία, ὀλιγωρία τις καὶ ἀπάθεια περὶ τὰ αὐτὰ ταῦτα. ¶ 3. Εἰ δή ἐστιν αἰσχύνη ἡ ὁρισθεῖσα, ἀνάγκη, αἰσχύνεσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τῶν κακῶν, ἃ δοκεῖ αἰσχρὰ εἶναι αὐτῷ, ἢ ὧν φροντίζει· τοιαῦτα δ' ἐστίν, ὅσα ἀπὸ κακίας ἔργα ἐστίν. 4. Οἷον, ἀποβάλλειν ἀσπίδα, ἢ φυγεῖν· ἀπὸ δειλίας γάρ. 5. Καὶ τὸ ἀποστερῆσαι παρακαταθήκην· ἀπ' ἀδικίας γάρ. 6. Καὶ τὸ συγγενέσθαι οἷς οὐ δεῖ *, ἢ ὅπου οὐ δεῖ, ἢ ὅτε μὴ δεῖ· ἀπὸ ἀκολασίας γάρ. 7. Καὶ τὸ κερδαίνειν ἀπὸ μικρῶν, ἢ ἀπὸ αἰσχρῶν, ἢ ἀπ' ἀδυνάτων, οἷον πενήτων, ἢ τεθνεώτων· ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, τὸ, κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν· ἀπὸ αἰσχροκερδείας γὰρ καὶ ἀνελευθερίας. 8. Καὶ τὸ μὴ βοηθεῖν δυνάμενον εἰς χρήματα, ἢ ἧττον βοηθεῖν· καὶ τὸ βοηθεῖσθαι παρὰ τῶν ἧττον εὐπόρων· καὶ δανείζεσθαι, ὅτε δόξει αἰτεῖν· καὶ αἰτεῖν, ὅτε ἀπαιτεῖν· καὶ ἀπαιτεῖν, ὅτε αἰτεῖν· καὶ ἐπαινεῖν, ἵνα δόξῃ αἰτεῖν· καὶ τὸ ἀποτετυχηκότα, μηδὲν ἧττον· πάντα γὰρ ἀνελευθερίας ταῦτα σημεῖα. 9. Τὸ δὲ ἐπαινεῖν παρόντα, κολακείας· καὶ τὸ τἀγαθὰ μὲν ὑπερεπαινεῖν, τὰ δὲ φαῦλα συναλείφειν· καὶ τὸ ὑπεραλγεῖν ἐπ' ἀλγοῦντι· καὶ τἆλλα πάντα ὅσα τοιαῦτα· κολακείας γὰρ σημεῖα. 10. Καὶ τὸ μὴ ὑπομένειν πόνους, οὓς οἱ πρεσβύτεροι, ἢ οἱ τρυφῶντες, ἢ οἱ ἐν ἐξουσίᾳ μᾶλλον ὄντες, ἢ ὅλως οἱ ἀδυνα-

* Conjun. 5. Ethic. cap. 6.

igitur Pudor, dolor quidam, & confusio in *iis*, quæ ad infamiam apparent deducere, malis, aut præsentibus, aut præteritis, aut futuris. 2. [c] Impudentia verò, *est* contemptus quidam, & vacuitas perturbationis in his ipsis. ¶ 3. [d] Si pudor igitur est *is*, qui definitus *est*; [1] necesse *est*, pudere *hominem* talium malorum, quæ videntur turpia esse ipsi, aut *iis*, quorum curam habet: [e] Hujusmodi autem sunt ea opera, quæcunque à vitiositate sunt. 4. [1] Velut, *in prælio* abjicere clypeum, aut fugisse: Nam *id* à timiditate *manat*. 5. [2] Et fraudâsse deposito: Nam *illud* ab injustitia. 6. [3] Et concubuisse, quibuscum non oportet, aut ubi non oportet, aut quando non oportet: Nam *hæc* ab intemperantia. 7. [4] Et quæstum facere ex *rebus* minutis, aut ex turpibus, aut ex iis, unde nullus *quæstus* fieri potest: velut *ex* pauperibus, aut mortuis: unde & proverbium; " ETIAM à mortuo *tributum*, &c. exigere: Nam *hoc* à sordibus, & illiberalitate. 8. [f] Et [1] nullam *pecuniariam* opem ferre, cùm possis, aut minorem ferre, *quàm possis*: Et auxilium *pecuniarium* accipere à minùs opulentis: Et fœnore accipere *nummos*, quandò *quis* videtur *pecuniam* petiturus: Et petere *novam pecuniam*, quandò *is debitū* repetiturus; & repetere *mutuò* datum, quando *is videtur ampliùs quicquam* petiturus: Et accuratè laudare *rem aliquam, quæ tua est*; quò intelligatur *id à te* petere; & *quamvis* repulsam *sit* passus, nihilominùs *hoc rursùs facere*: Nam omnia hæc *sunt* signa illiberalitatis. 9. [2] Laudare autem præsentem, adulationis *signum est*: Et bona quidem laudando supra modum extollere, mala verò *penitùs* delere: Et ultra modum dolere vicem dolenti, *ità ut ejus dolorem vincas*: & alia omnia, quæcunque *sunt* ejusmodi: Nam adulationis signa *sunt*. 10. [3] Et non tolerare labores, quos seniores, aut *homines* delicati, aut majore authoritate præditi, aut omninò qui vires habent

c Et Impudentia *Quid*;

d De 1ª *Quæst.* (*Quæ res pudorem afferunt.*)

1º, Pudet eorum *malorum*, *quæ* quis *in se ipso habet*: SIVE sint ea, quæ *turpitudinem importare* creduntur ipsi, &c.

e Talia sunt, tùm OPERA *ab animi vitio profecta*: ut

1 *Quæ* à *timiditate animi* prodeunt:

2 *Quæ* ab *injustitiâ*;

3 *Quæ* ab *intemperantiâ*;

4 *Quæ* ab *illiberalitate*.

f Tùm SIGNA *vitiorum quorumcunque*: ut, 1 Signa *illiberalitatis*; abjecti, sc. animi & turpissimorum quæstuum cupidi:

2 Signa *Adulationis*:

3 Signa *mollitiei*, & enervati animi:

4 Signa *pusillanimitatis* :

5 Signa *arrogantiæ Thrasonicæ* :

h Et *cæterorum vitiorum* signa & opera.

i SIVE ea mala, sint *vacuitas honestarum rerum* earum, *quibus* quis *ornare se nequit*; ut doctrinæ, virtutis, &c.

k *Amplificat. Dictor.* usque à part. 4.

l Deindè, *verecundantur perpessionum vitiosarum* quæ probrosæ fuerint.

Tales sunt, *Ministeria*, quibus, vel *corpore*, *morem alteri gerit*; vel *adhibitam vim patitur inultus*.

m Ac quæ *ad corpus* quidem, partim sponte, partim invitus patiuntur.

n Quæ verò *ad turpe opus*; invitus duntaxat.

o Ratio dicti par. 16ª. Quia & *pati libidinem*, & *vim vi non repellere*, ignavi animi indicium est.

p De 2ª. Quæst. [*Apud Quos pudet*] form.

1 Rat. *Æstimationis aliorum*, sic. Quia verecundia, *est cogitatio* quædam *de æstimatione violatâ*, seu de ignominiâ, &c.

vent minores, *tolerant*: Nam omnia *hæc* mollitiei *sunt* signa. 11. [4] Et ab altero affici beneficiis, idque sæpè; *ità ut semper ejus opem poscas*: Nec non beneficia, quæ *alteri* dederit, *postea* exprobrare : Nam pusillanimitatis omnia & humilitatis *sunt* signa. 12. [5] Et de se *quicquam* dicere, aut polliceri : Et aliena quæ *sunt*, sua *esse* affirmare : Nam arrogantiæ *est*. 13. [h] Similiter verò etiam in unoquoque aliorum vitiorum *animi Moralium*, *reperiuntur* & opera, & signa, & *his* similia : Nam turpia, & pudenda *sunt omnia* 14. [i] Præterea etiam, *pudet hominem* rerum *honestarum*, quarum omnes participes sunt, aut similes omnes, aut plerique, non esse participem. Similes autem dico, ejusdem nationis, civitatis, ætatis, cognationis; omninò *conditione* æquales *& pares*: Turpe enim *est*, non esse participem, v. g. eruditionis *tantæ*, *quantæ cæteri* & aliarum *rerum* similiter. 15. [k] Omnia verò hæc magis *turpia sunt*, si propter ipsum appareant *accidisse*: Sic enim *sunt* à vitio magis, si ipse sit causa eorum *malorum*, quæ affuerunt, aut adsunt, aut futura sunt. 16. [l] Pudore autem afficiuntur ejusmodi *malorum*, sive *ea* patiantur, sive passi sint, seu passuri, quæcunque ad ignominiam & probra *ipsos* ducunt : Hæc autem sunt, quæcunque ad ministeria spectant, *quibus quis* aut corpore *alicujus libidini inservit*, aut turpi opere *alterius violentiam sustinet*; Quo ex genere est, contumeliâ affici. 17. ([m] Atque ea quidem, *quæ* ad *corporis* libidinem *spectant*, cùm *vel* volentes *patiuntur*, vel inviti. 18. [n] Ea verò, *quæ ad violentiam pertinent*, inviti *tantùm*.) [o] Ab ignavia enim, ac timiditate *proficiscitur*, & tolerare *hæc fœda flagitia*, & *illatam injuriam* non ulcisci. Quorum igitur pudet, hæc sunt, & hujus *generis*. ¶ 19. [p] Quoniam verò pudor *est* phantasia *quædam* de offensione [1] existimationis; idq; ob *offensionem* hanc, non autem ob ea *mala*, quæ *indè* eve-

τάτεροι· πάντα γὰρ μαλακίας σημεῖα. 11. Καὶ τὸ ὑφ' ἑτέρου εὖ πάσχειν, καὶ τὸ πολλάκις· καὶ ἃ εὖ ἐποίησεν ὀνειδίζειν· μικροψυχίας γὰρ πάντα καὶ ταπεινότητος σημεῖα. 12. Καὶ τὸ περὶ αὑτοῦ λέγειν, καὶ ἐπαγγέλλεσθαι· καὶ τὸ τὰ ἀλλότρια, αὑτοῦ φάσκειν· ἀλαζονείας γάρ. 13. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑκάστης τῶν τοῦ ἤθους κακιῶν τὰ ἔργα, καὶ τὰ σημεῖα, καὶ τὰ ὅμοια· αἰσχρὰ γὰρ καὶ αἰσχυντηλά. 14. Καὶ ἐπὶ τούτοις τὸ τῶν καλῶν ὧν πάντες μετέχουσιν, ἢ οἱ ὅμοιοι πάντες, ἢ οἱ πλεῖστοι, μὴ μετέχειν· ὁμοίους δὲ λέγω, ὁμοεθνεῖς, πολίτας, ἡλικας, συγγενεῖς· ὅλως, τοὺς ἐξ ἴσου· αἰσχρὸν γὰρ ἤδη τὸ μὴ μετέχειν· οἷον, παιδεύσεως ἐπὶ τοσοῦτον, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. 15. Πάντα δὲ ταῦτα μᾶλλον, ἂν δι' ἑαυτὸν φαίνηται· οὕτω γὰρ ἤδη ἀπὸ κακίας μᾶλλον, ἂν αὐτὸς ᾖ αἴτιος τῶν ὑπαρξάντων, ἢ ὑπαρχόντων, ἢ μελλόντων. 16. Πάσχοντες δὲ, ἢ πεπονθότες, ἢ πεισόμενοι, τὰ τοιαῦτα αἰσχύνονται, ὅσα εἰς ἀτιμίαν φέρει καὶ ὀνείδη· ταῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα εἰς ὑπηρετήσεις ἢ σώματος ἢ ἔργων αἰσχρῶν, ὧν ἐστι τὸ ὑβρίζεσθαι. 17. Καὶ τὰ μὲν, εἰς ἀκολασίαν, καὶ ἑκόντα καὶ ἄκοντα. 18. Τὰ δὲ, εἰς βίαν, ἄκοντα· ἀπὸ ἀνανδρείας γὰρ, ἢ δειλίας, ἡ ὑπομονὴ, καὶ τὸ μὴ ἀμύνεσθαι. ἃ μὲν οὖν αἰσχύνονται, ταῦτά ἐστι, καὶ τὰ τοιαῦτα. ¶ 19. Ἐπεὶ δὲ περὶ ἀδοξίας φαντασία ἐστὶν ἡ αἰσχύνη, καὶ ταύτης αὐτῆς χάριν, ἀλλὰ μὴ τῶν ἀποβαινόντων·

οὐδεὶς

οὐδεὶς δὲ τῆς δόξης φροντίζει, ἀλλ' ἢ διὰ τοὺς δοξάζοντας, ἀνάγκη τούτους αἰσχύνεσθαι, ὧν λόγον ἔχει· λόγον δὲ ἔχει τῶν θαυμαζόντων, καὶ οὓς θαυμάζει, καὶ ὑφ' ὧν βούλεται θαυμάζεσθαι, καὶ πρὸς οὓς φιλοτιμεῖται*, καὶ ὧν μὴ καταφρονεῖ τῆς δόξης. 20. Θαυμάζεσθαι μὲν οὖν βούλονται ὑπὸ τούτων, καὶ θαυμάζουσι τούτους, οἳ ἔχουσί τι ἀγαθὸν τῶν τιμίων· ἢ παρ' ὧν τυγχάνουσι δεόμενοι σφόδρα τινός, ὧν ἐκεῖνοι κύριοι· οἷον οἱ ἐρῶντες. 21. Φιλοτιμοῦνται δὲ πρὸς τοὺς ὁμοίους. 22 Φροντίζουσι δὲ, ὡς ἀληθευόντων τῶν φρονίμων· τοιοῦτοι δὲ οἵ τε πρεσβύτεροι καὶ οἱ πεπαιδευμένοι. 23. Καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ τὰ ἐν φανερῷ· ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, "τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ. διὰ τοῦτο τοὺς ἀεὶ παρεσομένους μᾶλλον αἰσχύνονται, καὶ τοὺς προσέχοντας αὐτοῖς, διὰ τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς ἀμφότερα. 24. Καὶ τοὺς μὴ περὶ ταὐτὰ ἐνόχους· δῆλον γὰρ ὅτι τἀναντία δοκεῖ τούτοις. 25. Καὶ τοὺς μὴ συγγνωμονικοὺς τοῖς φαινομένοις ἁμαρτάνειν· ἃ γάρ τις αὐτὸς ποιεῖ, ταῦτα λέγεται τοῖς πέλας οὐ νεμεσᾶν· ὥστε ἃ μὴ ποιεῖ, δῆλον ὅτι νεμεσᾷ. 26. Καὶ τοὺς ἐξαγγελτικοὺς πολλοῖς· οὐδὲν γὰρ διαφέρει μὴ δοκεῖν, ἢ μὴ ἐξαγγέλλειν· ἐξαγγελτικοὶ δὲ, οἵ τε ἠδικημένοι, διὰ τὸ παρατηρεῖν· καὶ οἱ κακολόγοι (εἴπερ γὰρ καὶ τοὺς μὴ ἁμαρτάνοντας, ἔτι μᾶλλον τοὺς ἁμαρτάνοντας.) καὶ οἷς ἡ διατριβὴ ἐπὶ ταῖς τῶν πέλας

*Conjun. supr. ca. 2. par. 26.

niunt: Nemo autem existimationem *bonam solitariè* curat, nisi propter eos, *qui de factis ejus benè vel malè* existimant: [q] Necesse est pudere *hominem* apud eos, quorum rationem habet: * Rationem verò habet [1] *tùm* eorum, qui *eum* suspiciunt, & quos *ipse* suspicit, & à quibus vult suspici; [2] tùm *eorum*, quibuscum de honore contendit; [3] tùm *eorum* quorum non contemnit existimationem. 20. [r] Ac suspici quidem volunt ab iis, & suspiciunt eos, qui habent aliquod *eorum* bonorum, quæ honorata *sunt*, * aut à quibus aliquid vehementer petunt *eorum*, *quæ* illi in suâ potestate *habent*: veluti *faciunt ii*, qui amant. 21. [s] De honore autem contendunt cum iis, qui similes *sunt*. 22. [t] Curant autem *viros* prudentes tanquam qui vera loquuntur: * Tales verò *sunt* & seniores, & eruditi *viri*. 23. [2] Item *homines verecundantur ea*, quæ ante oculos *ipsorum sunt*, & quæ in aperto: undè etiam proverbium illud; " IN OCULIS habitare verecundiam. [u] *Atque* ob hanc *causam*, apud eos qui semper affuturi sunt, magis pudet: & qui attentè observant ipsos, *quicquid fecerint*; propterea quòd in oculis utrique *versantur*. 24. [3] Et *apud eos*, qui non sunt iisdem *criminibus* obnoxii: Perspicuum enim *est*, his, contrarios *mores*, *&* *opiniones* probari. 25. [x] Et qui *cùm ipsi non peccant*, haud proclives *sunt* ad ignoscendum iis, *qui* apparent peccare: [y] Quæ enim quis ipse facit, ea in proximis *graviter & stomachosè* ferre non dicitur: Quare quæ *quis* non facit, *eum* stomachosè ferre, perspicuum *est*. 26. [z] Et qui faciles *sunt* ad *secreta* in vulgus enuncianda: Nihil enim differt, *illud* non videri *flagitium*, & *eum qui viderit*, non enunciare. [a] Facile autem enunciant, [1] tùm injuriam passi; * quia *semper* observant: [2] Tùm maledici. (Si enim *insectentur* etiam eos, qui non peccant; multò magis eos qui peccant:) [3] Tùm *ii*, quibus *est* occupatio in proximorum peccatis

q Sequitur, *verecundiâ* nos *capi eorum*, *quorum æstimationem in pretio* habemus, &c.

* Tales sunt, 1 Qui *nostri admiratione capti* sunt, vel nos *capiunt*, &c.

2 Quibuscum *de dignitate contenditur.*

3 Quorum omninò *judicium haud contemnimus.*

r Admiratione coli, & colere volumus, Et eos, qui *bonum* in se *habent honore dignum*;

* Et eos, *à quibus* quidpiam, *quod in* illorum *manu est*, *impetrare* volumus:

s De dignitate contenditur *cum paribus.*

t Judicium magnifacimus *prudentium*:

* Sive *ex ætate* & rerum *usu* ita fuerint: sive *ex cognitione* doctrinæ.

2 Rat. *Inspectionis aliorum.* Rubori nobis sunt ea, *quæ propalam nobis adstant*, ut oculati testes. Quod prob. Proverbio.

u Undè, verecundamur eos, qui *nobiscum semper victuri* sint, &c. ut qui veterem *aspectu* suo *maculam objectare* poterint.

3 Rat. *Integritatis*, &c. Pudet coram iis, *quos sciunt* iisdem *culpis minimè affines*:

x Et proin coram iis, *qui ob exactam* vitæ *normam*, delinquenti *parcant nemini.*

y Prob. Proverbio; Nemo n. illa in quibus *ipse* volutatur, alteri *dat crimini*, &c.

z Et coram iis, *qui* quæ *occulta* vident, ad eadem *eliminanda* quam citissimè, *festinant.*

a Facilè autem arcana eliminant, 1 Et *qui injuriam acceperunt*: * Prob. ex par. 23.

2 Et *maledici*; qui si proscindant bonos; quantò magis sontes & malos?

3 Et *qui studiosè tempus terunt*, *in perscrutandis* aliorum *peccatis*: ut derisores, & veteris comœdiæ poetæ.

4 Rat. *existimationis adhuc integræ*: Veremur eos, *apud quos omnia* nobis *adhuc feliciter* cessêre: Prob. ex part. 19.

b (Unde, & iis *qui primum petunt*, *negare* haud lubet; ne *liberalium*, & *amicorum* hominum *nomen amittant*.)

c Ii autem (apud quos omnia feliciter) sunt tum *qui recens noti*, nuper *amicitiam* nostram *aucupari* ceperunt:

d Tum *veterum* familiarium, *qui nihil* à nobis *improbum geri* viderunt.

e De 1a *simulq; de* 2a *Quæst.* formæ: 1a, Pudorem incutiunt, Tum *res eæ*, *quæ supradicta pudenda detegunt*:

f Ut *signa externa* turpia;

g Et *voces* indecoræ.

h Tum *homines* ii, *qui supradict.* hominibus cuncta sigillatim *aperient*.

* Ut *illorum servi* & *amici*.

2 For. *generalior*, à *contrar.*

Non pudet *ullius* rei *apud eos*, *quorum testimonium* nihili penditur *in rebus vere turpibus* æstimandis:

i Nec pudet *eorundem apud eosdem*: *Quæ* enim *ad veritatem* turpia, verentur cognosci ab *amicis* & *notis*:

* *Quæ ad opinionem*, ab *ignotis externisque*.

k De 3a *Quæst.* [*Qui homines pudore suffunduntur*] formæ;

1 Rat. eorum, apud quos pudet: verecundantur enim *si tales* homines *iis adsint*, *quales* supra sigillatim *descripti* fuere, * Part. 19, & 20.

* Et in fine particulæ 20.

l Pudorem afferunt *hi omnes*,

peccatis *notandis*, velut subsannatoribus *hominum*, & comicis poetis: Maledici enim quodammodò isti *poetæ sunt* & proclives ad enunciandum. 27. *a* Et coram quibus, nihil *illis* adversi, *sed omnia ex sententiâ* accidêre: *Sic enim erga eos* affecti sunt, quasi qui suspiciantur *ab ipsis* (28. *b* Quamobrem etiam pudet apud eos qui primùm aliquid petiêrunt *à nobis*, quasi qui nondùm existimationem amiserimus apud illos.) 29. *c* Tales autem *sunt*, & qui recens volunt amici esse: (*Quæ* enim optima *sunt nostra*, viderunt:) Quam obrem bene se habet Euripidis responsio ad Syracusios. 30. *d* Et ex antiquis familiaribus, qui nullius *rei* sunt conscii. 31. *e* Pudet autem * non solùm eorum, quæ dicta sunt, pudendorum; sed etiam signorum: veluti, non solum cùm in re venerea versantur, *f* sed etiam *cùm adsint* signa ejus *rei*: Et *pudet*, non solum cùm faciunt turpia, *g* sed etiam cùm dicunt. *h* Ad eundem autem modum, non solum pudet apud eos *homines*, *quos jam* commemoravimus, sed etiam apud eos qui indicaturi sint ipsis;* velut apud horum famulos & amicos. 32. *2* Omninò autem, non pudet apud eos, quorum, plerique contemnunt existimationem, quod ad veritatem *attinet*: (Nam apud pueros, & belluas neminem pudet:) *i* neque earundem *rerum* apud notos *homines*, & ignotos; sed apud notos quidem, *earum* quæ ad veritatem existimantur; * apud exteros verò & *procul dissitos*, *earum* quæ ad institutum *seu opinionem tantum*. ¶ 33. *k* Ipsos verò pudet, dum affecti sint in hunc modum: *1* Primum quidem, si qui erga ipsos *se* habuerint, perindè ac diximus esse eos, apud quos pudet: Erant autem isti, * aut qui *ab ipsis* suspiciuntur, aut qui *ipsos* suspiciunt, aut à quibus *ipsi* volunt suspici, * aut à quibus requirunt aliquod commodum *istiusmodi*, quod non consequentur, si nullius existimationis fuerint: *l* Et isti *pudorem incuti-*

ἁμαρτίαις, οἷον χλευασταῖς καὶ κωμῳδοποιοῖς· κακολόγοι γάρ πως οὗτοι καὶ ἐξαγγελτικοί. 27. Καὶ ἐν οἷς μηδὲν ἀποτετυχήκασιν· ὥσπερ γὰρ θαυμαζόμενοι διάκεινται. (28. Διὸ καὶ τοὺς πρῶτόν τι δεηθέντας αἰσχύνονται, ὡς οὐδέν πω ἠδοξηκότες ἐν αὐτοῖς.) 29. Τοιοῦτοι δὲ οἵ τε ἄρτι βουλόμενοι φίλοι εἶναι (τὰ γὰρ βέλτιστα τεθέανται· διὸ εὖ ἔχει ἡ τοῦ Εὐριπίδου ἀπόκρισις πρὸς τοὺς Συρακουσίους.) 30. Καὶ τῶν πάλαι γνωρίμων οἱ μηδὲν συνειδότες. 31. Αἰσχύνονται δ' οὐ μόνον αὐτὰ τὰ ῥηθέντα * αἰσχυντηλὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ σημεῖα, οἷον, οὐ μόνον ἀφροδισιάζοντες, ἀλλὰ καὶ τὰ σημεῖα αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνον ποιοῦντες τὰ αἰσχρὰ, ἀλλὰ καὶ λέγοντες· ὁμοίως δὲ οὐδὲ τοὺς εἰρημένους † αἰσχύνονται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς δηλώσοντας αὐτοῖς· οἷον, θεράποντας καὶ φίλους τούτων. 32. Ὅλως δ' οὐκ αἰσχύνονται, οὔθ' ὧν πολλοὶ καταφρονοῦσι τῆς δόξης τοῦ ἀληθεύειν· οὐδεὶς γὰρ παιδία καὶ θηρία αἰσχύνεται· οὔτε τὰ αὐτὰ τοὺς γνωρίμους καὶ τοὺς ἀγνῶτας· ἀλλὰ τοὺς μὲν γνωρίμους, τὰ πρὸς ἀλήθειαν δοκοῦντα· τοὺς δὲ ἄποθεν, τὰ πρὸς τὸν νόμον. ¶ 33. Αὐτοὶ δὲ ὧδε διακείμενοι, αἰσχυνθεῖεν ἄν· πρῶτον μὲν, εἰ ὑπάρχοιεν πρὸς αὐτοὺς ἔχοντες οὕτω τινὲς, οἵους ἔφαμεν εἶναι οὓς αἰσχύνονται· ἦσαν δὲ οὗτοι, ἢ θαυμαζόμενοι, ἢ θαυμάζοντες, ἢ ὑφ' ὧν βούλονται θαυμάζεσθαι, ἢ ὧν δέονταί τινα χρείαν, ὧν μὴ τεύξονται ἄδοξοι ὄντες· καὶ οὗτοι οἱ

* à par. 2. usque ad par. 16.

† à par. 16. usque ad par. 28.

οἱ ὁρῶντες, ὥσπερ Κυδίας περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας ἐδημηγόρησεν· ἠξίου γὰρ ὑπολαβεῖν τοὺς Ἀθηναίους περιεστάναι κύκλῳ τοὺς Ἕλληνας, ὡς ὁρῶντας, καὶ μὴ μόνον ἀκουσομένους ἃ ἂν ψηφίσωνται· ἢ ἂν πλησίον ὦσιν οἱ τοιοῦτοι, ἢ μέλλωσιν αἰσθήσεσθαι· διὸ καὶ ὁρᾶσθαι ἀτυχοῦντες, ὑπὸ τῶν ζηλούντων ποτὲ, οὐ βούλονται· θαυμασταὶ γὰρ οἱ ζηλωταί. 34. Καὶ ὅταν ἔχωσιν ἃ καταισχυνοῦσιν ἔργα καὶ πράγματα, ἢ ἑαυτῶν, ἢ προγόνων, ἢ ἄλλων τινῶν, πρὸς οὓς ὑπάρχει τις αὐτοῖς ἀγχιστεία· καὶ ὅλως ὑπὲρ ὧν αἰσχύνονται αὐτοί· εἰσὶ δ' οὗτοι οἱ εἰρημένοι, καὶ οἱ εἰς αὐτοὺς ἀναφερόμενοι, ὧν διδάσκαλοι ἢ σύμβουλοι γεγόνασι. 35. Καὶ ἐὰν ὦσιν ἕτεροι ὅμοιοι, πρὸς οὓς φιλοτιμοῦνται· πολλὰ γὰρ αἰσχυνόμενοι διὰ τοὺς τοιούτους καὶ ποιοῦσι καὶ οὐ ποιοῦσι. 36. Καὶ μέλλοντες ὁρᾶσθαι, καὶ ἐν φανερῷ ἀναστρέφεσθαι τοῖς συνειδόσιν αἰσχυντηλοὶ μᾶλλόν εἰσιν· ὅθεν καὶ Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους ὡς ᾔεσαν διὰ τῶν πυλῶν, τί ἐγκαλύπτεσθε; ἔφη· ἢ μὴ αὔριον τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων; περὶ μὲν οὖν αἰσχύνης, ταῦτα. 37. Περὶ δὲ ἀναισχυντίας, δῆλον ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων εὐπορήσομεν.

unt, [l] *aut* dùm *coram* vident: sicut Cydias de Sami divisione, seu colonià concionatus est: Orabat enim Athenienses, ut existimarent, circumstare *ipsis universos* Græcos, ut videntes, & non duntaxat auditu ros, quæ *suis suffragiis* decreturi essent: [2] Aut si prope sint istiusmodi *homines*, vel *oculis auribusque* sensuri: * Quamobrem & ii, qui adversâ fortunâ premuntur, *se* ab æmulis suis conspici unquam nolunt: *Ipsorum* enim admiratores sunt æmuli 34. [2] Et *pudet ipsos*, quando habeant ea quæ dedecorent opera, & negotia; aut sui ipsorum, aut proavorum, aut aliorum aliquorum, quibus cum sit aliqua ipsis propinquitas: [m] Et omnino *eorum*, pro quibus *turpiter facientibus* pudet ipsos: * Sunt autem isti, *tùm ii* qui *modò* commemorati *sunt*, * tùm ii qui ad ipsos *quoquo modo* referuntur; quorum, *sc. vel* magistri, vel consiliarii fuerunt. 35. [3] Et *pudet*, si alii sint *ipsis* similes, quibuscum de honore concertant: * Nam propter hujusmodi *viros* præ pudore multa *facinora* & faciunt, & non faciunt. 36. [4] Et magis pudibundi sunt *homines*, cùm conspicientur, & in aperto versabuntur cum iis, qui *ipsis factorum* sunt conscii: [n] Undè & Antiphon Poeta, cùm Dionysii jussu Tympano torquendus esset, & videret unà morituros, dùm è *carceris* foribus prodirent, *capita sua* obnubere; Quid (inquit) obnubitis? An nequis horum *qui circumstant*, cras vos videat? Ac de pudore quidem, hæc. 37. De Impudentià verò perspicuum *est*, ex contrariis *formis*, *nos sententiarum* copiam habituros.

1. Si *cernant ipsorum opera*; velut Cydias, quo doceret turpe Atheniensib. fore, si Samiorum agros coloniæ suæ dividerent; orabat, &c.

2 Deinde, *si loco propinqui sint*, &c.

* Hinc, Homines ex fortunatis *miseri facti, conspectum æmulorum fugiunt*; ne *immutetur eorum* præstans de se *opinio*.

2 Rat. *operum, quæ laben. adspergunt*: Pudet enim talium; sive in *sui ipsorum*, sive in *majorum*, aut *propinquorum personis hæserint*, &c.

m Sive in *eorum*, *quorum infamia* etiam *ipsis pudori est*:

* Quales sunt non modò ii, *qui jam dicti*.

* Sed & illi, *qui ex ipsorum familiâ*, vel *disciplinâ* pendent.

3 Rat. *æmulationis*; Si *pares habeant, quibuscum* in eodem cursu *de dignitate dimicant*.

* Ob hos enim, & ad honesta vocat, & à vitiis revocat infamiæ metus.

4 Rat. *conspectus hominum post maculam acceptam*: Qui enim *semper in oculis futuri, attestentur* alterius *turpitudini*, Quem non pudore distringerent?

n Prob. ab Antiphontis dicto, in contrarium.

o De *Impudentiâ*, *formæ* sumendæ *contrar.* modo.

CAP. IX.

De Gratia seu Gratificandi affectu.

CAP. IX.

Definitio Gratiæ, Par. 1. Et Magnæ Gratiæ, Par. 2. Præcept. unum, Quomodò Gratiam tributam fuisse, ostendas: Par. 6. Alterum, Quomodò elevanda sit Gratia, à Par. 7.

a Formæ de *Quæstionibus Gratiæ* colliguntur ex *ejusdem definitione*, &c.

b Primum ergo, *Definitur*, *Gratia Quid*;

c Et *Magna Gratia Quid*:
d Amplificatur n. illa. *ratione*
1 *Personarum quibus datur*,
2 *Rerum ipsarum*,
3 *Temporum*,
4 *Eorum, qui dant*:
e Dein, *explicatur illa*, *Definit. partic.* [*Ei QUI INDIGET*:] Indigentiæ enim
1 *Definiuntur* appetitiones, &c.
2 *Dividuntur*, quod aliæ sint *internæ animi cupiditates*:
f *Aliæ externæ*, *in corporis vexationibus* (ut fame, morbis, &c.) & in *periculis*; ut exilio, &c.

g Hinc; Qui *succurrit pauperibus patriâque ejectis*, quamvis *minuta* suppeditârit, tamen propter duram *egestatem*, necnon *tempus* illud, gratiam exhibuisse dicitur.

h Et proin, qui Gratiam contulisse vult, potissimum *subveniet* iis, qui *istiusmodi inopiis urgentur*, internis, vel externis:
i Aut saltem, qui *paribus* vel *grandioribus*.
k Ex dict. collig. *præcepta duo*: 1. *Quomodo gratiam exhibitam ostendemus*, viz.

[1] QUibus autem Gratiam præbeant *homines*, & in Quibus *rebus*, & Quomodò ipsi *se* habentes, cùm definiverimus gratiam, perspicuum fuerit: [b] Sit igitur Gratia, per quam *is*, qui *rem* possidet, dicitur gratiam exhibere ei, qui indiget; non pro ullâ *re acceptâ*, neque ut quicquam omninò *referatur* ipsi qui exhibet, sed ut illi *soli*, *cui exhibetur*, *contingat* bonum. ¶ 2. [c] Magna autem illa *sit*, *quâ exhibetur gratia* [d] vel [1] valdè indigenti, vel [2] *rerum* magnarum, & difficilium; vel [3] in talibus temporum *angustiis*; vel [4] si *exhibuit* solus, aut primus, aut maximé. 3. [e] Indigentiæ verò sunt, [1] appetitiones; & ex his maximè *tales*, quæ *conjunctæ sunt* cum molestia *boni*, quod *abest* & non suppetit: [2] Ejusmodi autem appetitiones *sunt, tùm cupiditates animi*; veluti, amor; [f] tùm quæ *cernuntur* in corporis vexationibus, & *quæ* in periculis: Concupiscit enim & qui in periculo versatur, & qui *corpore* dolet. 4. [g] Quamobrem qui *cuiquam* in paupertate, vel exilio subveniunt, etiam si parva subministraverint, *tamen* propter magnitudinem indigentiæ, & *temporis* occasionem, contulerunt gratiam: Velut, qui *pauperi exulanti* in Lyceo stoream *pro lectulo* præbuit. 5. [h] Necesse igitur *est*, ut *quis gratificari dicatur*, præcipuè quidem in hujusmodi *indigentias* exhibitionem facere; Sin minùs, in [i] pares aut majores. ¶ 6. Quare, quia manifestum *est*, & [k] Quandò, & in Quibus rebus fiat Gratia, & Quomodò *se* habentibus; Perspicuum *est* ex his

Τίσι δὲ χάριν ἔχουσι, καὶ ἐπὶ τίσιν, ἢ πῶς αὐτοὶ ἔχοντες, ὁρισαμένοις τὴν χάριν, δῆλον ἔσται· ἔστω δὴ χάρις, καθ' ἣν ὁ ἔχων λέγεται χάριν ὑπουργεῖν τῷ δεομένῳ, μὴ ἀντί τινος, μηδ' ἵνα τι αὐτῷ τῷ ὑπουργοῦντι, ἀλλ' ἵνα ἐκείνῳ τι. ¶ 2. Μεγάλη δ' ἂν, ἢ σφόδρα δεομένῳ, ἢ μεγάλων καὶ χαλεπῶν, ἢ ἐν καιροῖς τοιούτοις, ἢ μόνος, ἢ πρῶτος, ἢ μάλιστα. 3. Δεήσεις δέ εἰσιν, αἱ ὀρέξεις, καὶ τούτων μάλιστα αἱ μετὰ λύπης τοῦ μὴ γιγνομένου· τοιαῦται δὲ αἱ ἐπιθυμίαι· οἷον, ὁ ἔρως· καὶ ἐν ταῖς τοῦ σώματος κακώσεσι, καὶ ἐν κινδύνοις· καὶ γὰρ ὁ κινδυνεύων ἐπιθυμεῖ, καὶ ὁ λυπούμενος. 4. Διὸ οἱ ἐν πενίᾳ παριστάμενοι καὶ φυγαῖς, κἂν μικρὰ ὑπηρετήσωσι, διὰ τὸ μέγεθος τῆς δεήσεως, καὶ τὸν καιρὸν, κεχαρισμένοι· οἷον, ὁ ἐν Λυκείῳ τὸν φορμὸν δούς. 5. Ἀνάγκη οὖν μάλιστα μὲν εἰς τοιαῦτα ἔχειν τὴν ὑπουργίαν· εἰ δὲ μὴ, εἰς ἴσα, ἢ μείζω. ¶ 6. Ὥστ' ἐπεὶ φανερὸν καὶ ὅτε, καὶ ἐφ' οἷς γίγνεται χάρις, καὶ πῶς ἔχουσι, δῆλον ὅτι ἐκ τούτων

τούτων παρασκευαστέον, τοὺς μὲν δεικνύντας, ἢ ὄντας, ἢ γεγενημένους ἐν τοιαύτῃ λύπῃ καὶ δεήσει· τοὺς δέ, ὑπηρετῆσαι ἐν τοιαύτῃ χρείᾳ τοιοῦτόν τι ὑπηρετοῦντας. ¶ 7. Φανερὸν δὲ καὶ ὅθεν ἀφαιρεῖσθαι ἐνδέχεται τὴν χάριν, καὶ ποιεῖν ἀχαρίστους· ἢ γὰρ ὅτι αὑτῶν ἕνεκα ὑπηρετοῦσιν, ἢ ὑπηρέτησαν· τοῦτο δ' οὐκ ἦν * χάρις. 8. Ἢ ὅτι ἀπὸ τύχης συνέπεσεν, ἢ συνηναγκάσθησαν. 9. Ἢ ὅτι ἀπέδωκαν, ἀλλ' οὐκ ἔδωκαν, εἴτε εἰδότες, εἴτε μή· ἀμφοτέρως γὰρ τὶ ἀντί τινος· ὥστ' οὐδ' οὕτως ἂν εἴη χάρις. 10. Καὶ περὶ ἁπάσας τὰς κατηγορίας σκεπτέον· ἡ γὰρ χάρις ἐστὶν, ἢ ὅτι τοδὶ, ἢ τοσονδὶ, ἢ τοιονδὶ, ἢ ποτὲ, ἢ ποῦ. 11. Σημεῖον δὲ, εἰ ἔλαττον μὴ ὑπηρέτησαν. 12. Καὶ εἰ τοῖς ἐχθροῖς, ἢ ταὐτὰ, ἢ ἴσα, ἢ μείζω· δῆλον γὰρ ὅτι οὐδὲ ταῦτα ἡμῶν ἕνεκα. 13. Ἢ εἰ φαῦλα εἰδώς· οὐδεὶς γὰρ ὁμολογεῖ δεῖσθαι φαύλων· καὶ περὶ μὲν τοῦ χαρίζεσθαι καὶ ἀχαριστεῖν, εἴρηται.

* Par.2.

tribus apparatum faciendum *esse*, l demonstrando, illos quidem *quibus benignè factum, aut faciendum est*, aut esse, aut constitutos fuisse in ejusmodi indigentiâ, & dolore; m hos verò *qui gratiam contulerunt, vel collaturi sunt*, subministrâsse, vel subministraturos in ejusmodi necessitate, tale aliquid suppeditantes, *qualia diximus*. ¶ 7. 2 Manifestum verò *est*, etiam Undè ELEVARE contingat Gratiam *illorum, qui dederunt*, & efficere ut gratiam contulisse ne *videantur*; *dicendo, sc.* 1 aut quòd *illi* suâ ipsorum gratiâ exhibent, vel exhibuerunt: Id autem non erat Gratia. 8. n Aut quòd fortuitò *id ità* evenit; vel *quòd* coacti sunt. 9. * Aut quòd reddiderunt *beneficium*, non dederunt, sive scientes *fuisse debitum*, sive nequaquàm: utroque enim modo *datur* aliquid pro aliquo: Quare ne sic *quidem* fuerit Gratia. 10. 2 Et in omnibus Categoriis considerandum *est, quod dicimus*: Nam Gratia *ideò* est, aut quia hoc *datum sit*; aut tantum; aut tale; aut tali tempore; aut illo loco. 11. 3 Signum verò, *quo Gratiam contulisse ne videantur, est*; 1 si cùm *majorem rem dederint*, minorem *postea* non exhibuerint. 12. o Et si inimicis *suis tribuerint* aut *res* easdem, aut pares, aut majores: Perspicuum enim *est*, ne hæc quidem p nostri gratiâ *ab illis data esse*. 13. 2 Aut si res viles *tribuerint*, scientes: Nemo enim confitetur, *se* indigere *rebus* vilibus. Ac de conferendâ *quidem* Gratiâ, & non conferendâ dictum est.

l Ut doceamus eos, *quibus collatum quicquam est*, districtos fuisse ejusmodi indigentiis:

m Eos verò, *qui contulerunt*, &c. in ejusmodi calamitatibus tribuisse.

2 Præcept. Quomodò *refutanda* sit *facti Gratia*? nimirùm

1 Ex *definitionis parte posteriori*, for. hæc: Si in exhibenda gratiâ, *suum spectavit commodum*, non ejus, cui exhibetur.

n Ex *priori* autem, Si vel *non opitulandi studio* factum sit, sed fortuitò, &c.

* Vel *non benignè* dederit, sed *debitum reddiderit*, &c.

2 A *genere beneficii*, quod tribuitur: Si *non hoc* datum sit, aut si *non tantum*, &c. atque ita percurrendo *per omnes* decem *categorias*.

3 A *consequentibus* 20. probatur quis esse *ἀχάριστος*, &c.

1, Si *prius magnum* contulerit, *posteà minus non* suppeditârit, cùm in ead. penuriâ versaremur.

o Vel si *eadem* commoda, aut *paria*, &c. *in inimicos* antea effuderit:

p Hæc enim utraque docent, illum non nostri gratiâ, sed aliis reb. adductum, adjuvisse.

2, Si dilargiatur nugas, &c. documento est, non dedisse, ut per eas egentibus commodaret; quippe qui talibus se indigere abnegent.

CAP.

De Miseratione seu Misericordiâ.

Cap. X.

Misericordia quid, Par. 1. Ejus Quæst. 1a, Quales sint Misericordes, à Par. 2. Altera, Ob quæ miserentur, à Par. 11. 3a, Quorum hominum & & rerum miserentur, Par. 18.

QUalia verò Miserabilia *sunt*, & QUORUM Miserentur, & QUOMODO ipsi *se* habentes, dicamus. ᵃ Sit igitur Misericordia, molestia quædam ex opinione mali, quod vim habet interitus, & molestiæ afferendæ; *mali, inquam*, ejus qui *eo sit* indignus; quod etiam ipse expectaverit *se* passurum, aut aliquem suorum; idque *præcipuè*, cùm propinquum apparеat. ¶ 2. ᵇ Perspicuum enim *est* necesse *esse* illum, qui miseraturus est, ¹existere talem, QUI PUTET PASSURUM aliquid mali, aut se, aut suorum quempiam, & tale malum, quale dictum est in definitione *misericordiæ*; aut *ei* simile, aut affine. ᶜ Quamobrem, nec qui penitùs periêre, miserentur: Nihil enim ampliùs *se* passuros putant: *Jam* enim *omnia* sunt passi: ᵈ Nec qui *se* valdè fœlices esse putant, *miserentur*, sed contumeliam faciunt: Si enim omnia *sibi* putant adesse bona; perspicuum *est*, *eos etiam putare, hoc sibi adesse*, ut non possint pati aliquod malum: Nam hoc *ipsum* in bonorum numero *ponitur*. 3. ᵉ Hujusmodi autem, QUI PUTANT *se dein e* PASSUROS, sunt *tùm* ¹ *illi*, qui *mala jam anteà* passi sunt, & *incolumes* evaserunt. 4. ² Et Senes, & ob prudentiam *suam*, & ob *rerum* experientiam. 5. ³ Et *corpore* debiles; & magis qui *animo* timidiusculi *sunt*. 6. ⁴ Et eruditi, quia *rerum humanarum rationem* accuratè ducunt. 7. f Tùm *illi* quibus existunt parentes, aut liberi, aut uxores: ᵍ Sua enim *cujusque sunt*

Ποῖα δ' ἐλεεινά, καὶ τίνας ἐλεοῦσι, καὶ πῶς αὐτοὶ ἔχοντες, λέγωμεν. Ἔστω δὴ ἔλεος, λύπη τις ἐπὶ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ καὶ λυπηρῷ τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν, ὃ κἂν
2c αὐτὸς προσδοκήσειεν ἂν παθεῖν, ἢ τῶν αὐτοῦ τινά· καὶ τοῦτο, ὅταν πλησίον φαίνηται. ¶ 2. Δῆλον γὰρ ὅτι ἀνάγκη τὸν μέλλοντα ἐλεήσειν ὑπάρχειν τοιοῦτον· οἷον οἴεσθαι παθεῖν ἄν τι κακὸν, ἢ αὐτὸν, ἢ τῶν αὐτοῦ τινά, καὶ τοιοῦτον κακὸν, οἷον εἴρηται
3c ἐν τῷ ὅρῳ· ἢ ὅμοιον, ἢ παραπλήσιον· διὸ, οὔτε οἱ παντελῶς ἀπολωλότες ἐλεοῦσιν· (οὐδὲν γὰρ ἂν ἔτι παθεῖν οἴονται· πεπόνθασι γάρ·) οὔτε οἱ ὑπερευδαιμονεῖν οἰόμενοι, ἀλλ' ὑβρίζουσιν· εἰ γὰρ ἅπαντα οἴονται ὑπάρχειν τἀγαθά, δῆλον ὅτι καὶ τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι παθεῖν τι
4c κακόν· καὶ γὰρ τοῦτο τῶν ἀγαθῶν *. 3. Εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι, οἷοι νομίζειν παθεῖν ἄν· οἵ τε πεπονθότες ἤδη καὶ διαπεφευγότες. 4. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ διὰ τὸ φρονεῖν, καὶ δι' ἐμπειρίαν. 5. Καὶ οἱ ἀσθενεῖς· καὶ οἱ δειλότεροι μᾶλλον. 6. Καὶ οἱ πεπαιδευμένοι· εὐλόγιστοι γάρ. 7. Καὶ οἷς ὑπάρχουσι γονεῖς, ἢ τέκνα, ἢ γυναῖκες· αὐτοῦ τε

* Lib. 1. cap. 6. par. 6.

a Præmisso, *Misericordia Quid*;

b De 1a Quæst. [*Quales Misericordes* ?] formæ:

1 Rat. *Naturæ Misericordis*; Si cogitatione in is habeat propriæ infirmitatis, ut SEIPSUM, vel SUORUM aliquem, SUSTINERE putet acerbum posse malum, &c.

c Unde, Nec misericordiâ capiuntur ii, qui rerum suarum *desperatione afflicti*, & plane perditi sunt, &c.

d Nec ii, *qui supra modum se beatos*, & extra omnem periculi aleam positos *autumant*. Nimia enim fortuna, insolentes, nedum misericordes facit.

e Ac SE quidem SUSTINERE malum posse putant,

1 Et illi, qui *è malis nuper elapsi*:

2 Et *Senes*; qui humanarum rerum infirmitatem didicerunt, &c.

3 Et *imbecilli*, qui se iisdem casibus, quibus alios, expositos vident.

4 Et *doctrinâ perpoliti*; qui vere res reputant.

f SUORUM *aliquem* SUSTINERE *malum putant posse*; quibus sunt *parentes*, &c. quorum saluti vitæque timent:

g Prob. ex part. 2a.

γὰρ ταῦτα, καὶ ἴδια παθεῖν τὰ εἰρημένα. 8. Καὶ οἱ μήτε ἐν ἀνδρίας πάθει ὄντες, οἷον ἐν ὀργῇ καὶ θάῤῥει· (ἀλόγιστα γὰρ τοῦ ἐσομένου ταῦτα·) μήτ' ἐν ὑβριστικῇ διαθέσει*· (καὶ γὰρ οὗτοι ἀλόγιστοι τοῦ πείσεσθαί τι·) ἀλλ' οἱ μεταξὺ τούτων· μήτ' αὖ φοβούμενοι σφόδρα· οὐ γὰρ ἐλεοῦσιν οἱ ἐκπεπληγμένοι διὰ τὸ εἶναι πρὸς τῷ οἰκείῳ πάθει. 9. Κἂν οἴωνταί τινας εἶναι ἐπιεικεῖς· ὁ γὰρ μηδένα οἰόμενος, πάντας οἴσεται ἀξίους εἶναι κακοῦ. 10. Ὅλως δὴ, ὅταν ἔχῃ οὕτως, ὥστ' ἀναμνησθῆναι τοιαῦτα συμβεβηκότα ἢ αὐτῷ, ἢ τῶν αὐτοῦ· ἢ ἐλπίσαι γενέσθαι, ἢ αὐτῷ, ἢ τῶν αὐτοῦ· ὡς μὲν οὖν ἔχοντες ἐλεοῦσιν, εἴρηται.

¶ 11. Ἃ δὲ ἐλεοῦσιν, ἐκ τοῦ ὁρισμοῦ δῆλον· ὅσα τε γὰρ τῶν λυπηρῶν καὶ ὀδυνηρῶν φθαρτικὰ, πάντα ἐλεεινά· καὶ ὅσα ἀναιρετικά· καὶ ὅσων ἡ τύχη αἰτία κακῶν μέγεθος ἐχόντων. 12. Ἔστι δὲ, ὀδυνηρὰ μὲν καὶ φθαρτικὰ, θάνατοι, καὶ αἰκίαι, καὶ σωμάτων κακώσεις, καὶ γῆρας, καὶ νόσοι, καὶ τροφῆς ἔνδεια. 13. Ὧν δὲ ἡ τύχη αἰτία κακῶν, ἀφιλία, ὀλιγοφιλία· (διὸ καὶ τὸ διεσπᾶσθαι ἀπὸ τῶν φίλων καὶ συνήθων, ἐλεεινόν·) αἶσχος, ἀσθένεια, ἀναπηρία. 14. Καὶ τὸ ὅθεν προσῆκεν ἀγαθόν τι πρᾶξαι, κακόν τι συμβῆναι. 15. Καὶ τὸ πολλάκις τοιοῦτο. 16. Καὶ τὸ πεπονθότος γενέσθαι τι ἀγαθόν· οἷον, Διοπείθει τὰ παρὰ βασιλέως, τεθνεῶτι κατεπέμφθη. 17. Καὶ τὸ, ἢ μηδὲν γεγενῆσθαι ἀγα-

* Conjun. cap. 2. pa. 13.

hæc; & quæ possunt *mala eadem* pati, quæ dicta sunt. 8. [2] Et *misericordes sunt ij*, qui nec in *aliquo vehementi* fortitudinis affectu sunt; velut in irâ, aut confidentiâ: (Hæc enim de futuro *detrimento* non considerant:) [h] nec in contumeliosâ *quadam* affectione *positi*: (Etenim isti non considerant *se* passuros esse *mali aliquid*:) [i] Sed qui inter hos medij *versantur*: [k] Nec rursus metuentes valdè: Non enim miserentur *metu* perculsi; quia sunt in proprio affectu, *ità ut alienum malum negligant*. 9 [3] Et si putent aliquos esse *viros* bonos: * Nam qui neminem *innocentem* putat, *is omnes* existimabit dignos esse malo. 10. [l] Omninò igitur *tunc misericors quisque est*, quando sic *se* habeat, ut meminerit, hujusmodi *mala* accidisse, aut sibi, aut suis; aut sperârit fore, ut aut sibi accidant, aut suis. Ac quemadmodùm quidem *se* habentes, miserentur, expositum est.

¶ 11. [m] Ob quæ verò miserentur, ex definitione perspicuum est: [1] Nam & *illa* quæcunque ex molestis, & ærumnosis, vim habent interimendi, omnia miserabilia *sunt*, & quæcunque vim perdendi habent: [2] Et mala quorumcunque fortuna est author, si magnitudinem habeant: 12. [n] Sunt autem ærumnosa quidem, & interitum afferentia; *varia* mortis *genera*, & *fœda* verberationes, & corporum cruciatus & senectus, & morbi, & alimenti indigentia. 13. [o] Mala verò, quorum Fortuna *est* author, *sunt* [1] privatio amicorum, paucitas amicorum: (Quamobrem, etiam divelli ab amicis, & familiaribus, miserabile est:) [2] Deformitas *corporis*, imbecillitas *virium*, *membrorum* mutilatio. 14. [3] Et undè par erat boni aliquid cepisse, *indè* mali aliquid contigisse. 15. [p] Atque hujusmodi accidisse sæpiùs. 16. [4] Et *postquàm extrema* passus sit *quis* factum esse aliquid boni: velut, *ea munera*, quæ Diopithei à rege *Persarum missa sunt*; *quià jam* mortuo missa sint. 17. [q] Et aut nullum *in omni vitâ* bonum factum

2 Rat. *Affectuum contrariorum*: Neq; enim misericordiâ flectuntur ij, qui vel *affectu fortitudinis occupati* sunt.

b Vel *secundis rebus insolentes facti*: Hi enim illudunt miseris, nedum de futuro malo cogitant.

i Sed, qui à dictis extremis remoti, *in medio affectu collocati sunt*:

k Neque etiam ij, qui multo *metu oppressi* sunt, & toti *in salute* propriâ *procurandâ occupati*.

3 Rat. *Opinionis de alijs*; cùm *probos* eos &c *malo indignos putant*: * Contr. *n*, qui omnes nocentes indicat, ut *μισάνθρωπος* ille Timon, nullius misericordiâ tangitur.

l Universìm, tunc subit misericordia, cùm conspectis *boni viri* malis, vel *recordemur*, *nos* eadem anteà *subiisse*, &c; vel *metuamus* deinceps *subire* posse, &c.

m De 2a Quæst. [*Ob quæ*] form. 1a, Ex malis; quæ *ægritudinem animo*, aut *corpori dolorem* adferunt, ea poscant misericordiam, quæ vel *ad interitum ducunt*, vel *tollunt* penitús.

2a, Misericordiam flagitant *graves injuriæ à fortunâ* importatæ.

n Ac priora [*Quæ ad interitum*, &c.] sunt *mortis genera*, *plagæ*, corporum vexationes, &c.

o Posteriora [*Quæ à fortunæ iniquitate invehuntur*] sunt,

1 *Orbari amicis*, aut relinqui cum paucis:

2 *Labes corporis*, ut deformitas, &c.

3 *Frustratio spei*, & parùm meritis respondens eventus.

p Et *crebrò* hanc frustrationem pati.

4 Auxilij aliquid vel tunc affulsisse, cùm tàm male acceptus sis, ut *frui non liceat*:

¶ Vel *numquàm* omninò ac-

cidisse, aut siquid acciderit, *frui non potuisse*; quòd aût morbo, &c. impeditus sit, aut morte præventus.

r De 3a Quæst. [*Quorum miserentur?*] viz. 1o, *Familiarium*, si miseriâ premantur:

* Except. ut familiares hij, *non sint vald consanguinei*: Quia in eorum miserijs ità afficimur, ut in nostris: *horrentes sc non miserentes.*

s Unde Psammenitus Amasidis filius, *in cede filij* non lachrymavit: veterem *sodalem cibos mendicantem* videre, sine lachrymis haud potuit:

t Etenim Amicum quondam opulentum, nunc *mendicare*, *miserabile*: filium *ad mortem rapi*, *horrendum.*

u Differe enim *horrendum* à *miserabili*, patet.

1 *A conditione horrendi*:

2 *A consuetudine eorum quos miseret.*

x Deinde, *Parium nobisque assimilium* miseret.

y Omnes enim, id quo vident sui similes urgeri, in se putant posse cadere; undè misericordia.

z. Confirm. rat. ex inversâ par. 21. cap. 6. Ibi enim, quæ incutiebant metum; hìc illa, cùm in alijs conspicimus, misericordiam excitant.

a Deniq; *for. sophisticæ*; Miserabiles esse *homines &c res, qui in theatris* & alibi *aguntur*: sic.

Quia passiones acerbæ, cùm *propinque* apparent, miserationem gignunt, *non* eæ quæ *longinquo tempore remotæ.*

b Sequitur, misericordiam excitare.

c Tùm *personas* Tragicas histrionum artificio *allaboratas*: Hac n. arte, imponunt auditoribus, & quod longe est, ut propè cogitetur, efficiunt.

d Tùm etiam *ipsarum* Et *perpessiones*, quæ vel modò *transactæ*, vel *mox futuræ* sunt, &c.

e Et *signa* ac *facta*; postquàm acerbos illos casus *exantlaverint.*

factum esse; aut si *bona* facta sint, *ijs* perfrui non licuisse. Ob quæ igitur miserentur, hæc, & talia sunt. ¶ 18. r Miserentur verò tùm r notorum *hominum*; *nisi summâ admodùm propinquitate & sanguine* conjuncti sint: Erga hos autem *ità conjunctos*, *eodem modo se* habent, quo erga seipsos *grave aliquod malum* passuros: s Quamobrem & Amasis in *casu* filij, qui ad moriendum perducebatur, lachrymas non effudit, ut ajunt; sed in *casu* amici, qui mendicabat, *effudit.* 19. t Nam hoc quidem, miserabile *solùm fuit*; illud, grave & horrendum: u Etenim grave, diversum *est* à miserabili; *utpotè*, 1 quod & habet vim pellendæ *ex animo* misericordiæ, & sæpè adversario, *ad indignationem concitandam est* utile: 2 Quin & *tunc* miserentur, cùm grave & *horrendum propè* fit; *non cùm jam adsit.* 20. Tùm x eorum *etiam* miserentur qui *sunt* similes ætate, moribus, habitibus, dignitatibus, generibus: y Nam in omnibus his magis apparet, etiam ipsi *malum idem* futurum esse. 21. z Omninò enim & hic oportet assumere, *sicut suprà*, *homines*, quæcunque *mala* sibi ipsis metuunt, horum, si alijs *ea* fiant, misericordiâ moveri. 22. a Quoniam autem perpessiones *hominum* miserandæ sunt *illæ* quæ propè apparent; quæ autem *abhinc* decem millibus annorum factæ fuerunt, vel *post* futuræ sunt, *earum*, cùm neque *ipsas* metuant, neque recordentur; aut omninò non miserentur, aut non similiter: b *Idcirco* necesse est, c *personas in fabulis*, quæ figuris *corporis*, & vocibus, & vestitu, & omninò actione repræsentantur, *ijs qui cernunt*, miserabiliores esse: Faciunt enim *earum Actores*, proponendo malum ante oculos, ut propinquum appareat, aut tanquàm futurum, aut tanquàm præteritum. 23. d Et *perpessiones*, quæ præteritæ sunt nuper, aut futuræ sunt brevì, miserabiliores esse, ob eandem *causam.* 24. e Et signa, & actiones *honestas repræsenta-*

ϑὸν, ἢ γινομένων μὴ εἶναι ἀπόλαυσιν· ἐφ' οἷς μὲν οὖν ἐλεοῦσι, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν. ¶ 18. Ἐλεοῦσι δὲ τούς τε γνωρίμους, ἐὰν μὴ σφόδρα ἐγγὺς ὦσιν οἰκειότητι· περὶ δὲ τούτους, ὥσπερ περὶ αὑτοὺς μέλλοντας ἔχουσι· διὸ καὶ Ἄμασις, ἐπὶ μὲν τῷ υἱεῖ ἀγομένῳ ἐπὶ τὸ ἀποθανεῖν, οὐκ ἐδάκρυσεν, ὥς φασιν· ἐπὶ δὲ τῷ φίλῳ, προσαιτοῦντι. 19. Τοῦτο μὲν γὰρ, ἐλεεινόν· ἐκεῖνο δὲ, δεινόν· τὸ γὰρ δεινὸν, ἕτερον τοῦ ἐλεεινοῦ, καὶ ἐκκρουστικὸν τοῦ ἐλέου· καὶ πολλάκις τῷ ἐναντίῳ χρήσιμον· ἔτι ἐλεοῦσιν, ἐγγὺς αὐτοῦ τοῦ δεινοῦ ὄντος. 20. Καὶ τοὺς ὁμοίους ἐλεοῦσι, κατὰ ἡλικίαν *, κατὰ ἤθη, κατὰ ἕξεις, κατὰ ἀξιώματα, κατὰ γένη· ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις μᾶλλον φαίνεται καὶ αὐτῷ ἂν ὑπάρξαι. 21. Ὅλως γὰρ καὶ ἐνταῦθα † δεῖ λαβεῖν, ὅτι ὅσα ἐφ' αὑτῶν φοβοῦνται, ταῦτα ἐπ' ἄλλων γιγνόμενα ἐλεοῦσιν. 22. Ἐπεὶ δ' ἐγγὺς φαινόμενα ‖ τὰ πάθη, ἐλεεινά εἰσι· τὰ δὲ μυριοστὸν ἔτος γενόμενα, ἢ ἐσόμενα, οὔτ' ἐλπίζοντες, οὔτε μεμνημένοι, ἢ ὅλως οὐκ ἐλεοῦσιν, ἢ οὐχ ὁμοίως· ἀνάγκη τοὺς συναπεργαζομένους σχήμασι καὶ φωναῖς καὶ ἐσθῆτι, καὶ ὅλως τῇ ὑποκρίσει, ἐλεεινοτέρους εἶναι· ἐγγὺς γὰρ ποιοῦσι φαίνεσθαι, τὸ κακὸν πρὸ ὀμμάτων ποιοῦντες, ἢ ὡς μέλλον, ἢ ὡς γεγονός. 23 Καὶ τὰ γεγονότα ἄρτι· ἢ μέλλοντα διὰ ταχέων, ἐλεεινότερα διὰ τὸ αὐτό. 24. Καὶ τὰ σημεῖα, καὶ τὰς πράξεις· οἷον,

* Conjun. c. 8. p. 14.

† Ut suprà c. 6. p. 21.

‖ Conjun. lib. Poet. c. 10. p. 1.

οἷον, ἐσθῆτάς τε τῶν πεπονθότων, καὶ ὅσα τοιαῦτα. 25. Καὶ λόγους, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν ἐν τῷ πάθει ὄντων, οἷον ἤδη τελευτώντων 26. Καὶ μάλιστα τὸ σπουδαίους εἶναι, ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ὄντας, ἐλεεινόν. 27. Ἅπαντα γὰρ ταῦτα, διὰ τὸ ἐγγὺς φαίνεσθαι, μᾶλλον ποιεῖ τὸν ἔλεον· καὶ ὡς ἀναξίου τε ὄντος, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς φαινομένου τοῦ πάθους.

tas; veluti, & vestes eorum *qui mali* passi sunt, & quæcunque sunt ejusmodi. 25. f Et sermones, & quæcunque alia eorum, qui in ipsâ perpessione versantur: velut eorum, qui jamjam animam efflant. 26. g Et præcipuè, si *illi*, dum in ejusmodi angustiis versarentur, *viri probi & studiosi* fuerint. 27. h Omnia enim hæc, quia propè apparent, magis efficiunt miserationem; i quasi & *ille* indignus sit *vir, qui patiatur*, k & ante oculos, *quasi res tunc agatur*, appareat *ipsa* perpessio.

f Et *orationes* etiam, extremo spiritu *inter perpetiendum editas.*
g *Maximè* autem, *hæc miseranda* apparent, si *illi* qui tulêre, ostendantur *forti animo pertulisse.*
h Rat. *generalis.* ex part. 22.
i *Specialis*, ex par. 26.
k Et ex par. 22. usque ad 25.

De Indignatione seu Stomachatione.

CAP. XI.

Definitiones Indignationis, & Invidiæ, à Par. 1. Quibus consequentes sunt affectus duo, istis contrarii; Lætitia, sc. de malis rebus digni, à Par. 5. & ἐπιχαιρεκακία, i. *lætitia in alienis malis, à Par. 7. Primùm igitur de Indignatione; Quæstio 1a & 2da sunt, Quibus & ob Quas res stomachemur, à Par. 9. Tertia, Qui homines facilè indignentur, & stomachosi sint, à Par. 6.*

a Ἀντίκειται δὲ τῷ ἐλεεῖν, μάλιστα μὲν, ὃ καλοῦσι νεμεσᾶν *· τῷ γὰρ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις κακοπραγίαις, ἀντικείμενόν ἐστι τρόπον τινὰ, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἤθους τὸ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀναξίαις εὐπραγίαις. 2. Καὶ ἄμφω τὰ πάθη, ἤθους χρηστοῦ· δεῖ γὰρ, ἐπὶ μὲν τοῖς ἀναξίως πράττουσι κακῶς, συνάχθεσθαι καὶ ἐλεεῖν· τοῖς δὲ εὖ, νεμεσᾶν· ἄδικον γὰρ τὸ παρὰ τὴν ἀξίαν γιγνόμενον· διὸ καὶ τοῖς θεοῖς ἀποδίδομεν τὸ νεμεσᾶν. 3. Δόξειε δ' ἂν καὶ ὁ φθόνος τῷ ἐλεεῖν τὸν αὐτὸν ἀντικεῖσθαι τρόπον, ὡς σύνεγγυς ὂν καὶ ταὐτὸν τῷ νεμεσᾶν· ἔστι δ' ἕτερον· λύπη μὲν ταραχώδης καὶ ὁ φθόνος ἐστὶ, καὶ εἰς εὐπραγίαν, ἀλλ' οὐ τοῦ

* Vide 2. Ethic. c. 7.


a MIserationi autem opponitur, præcipuè quidem, *affectus* is, quem Indignationem vocant: Nam dolori propter indignas res adversas (*i. Miserationi*) oppositus est quodammodò, & ab iisdem moribus *proficiscitur* Dolor propter indignas res secundas, *i. Indignatio.* 2. b Et ambæ *hæ* perturbationes *sunt* bonorum morum: Oportet enim iis, qui indignê *seu immeritò* agunt infœliciter, condolere ac misereri; & iis *qui immeritò fœliciter*, indignari: Injustum enim *est*, quod fit præter dignitatem, & *meritum*: c Quamobrem, etiam Diis *ipsis* Indignationem attribuimus. 3 a Sed & invidia, eodem modo, *quo indignatio*, miserationi opposita videri possit, quasi *quæ* vicina & eadem *sit* cum Indignatione; d verùm tamen est *ab eâ* diversa: e Nam & invidia *quoque*, est turbulenta molestia, atque ob res secundas *alterius*; sed non ejus, qui *sit* indignus

a Definiuntur *Indignatio* & *Invidia*, per collat. *cum miseratione* duas: 1a coll. Miserationi *præcipue opposita* est, Indignatio; idque sub eodem genere; Siquidem ab eâdem indole, seu moribus utræque pendent.
b Pendent autem *ambæ ex moribus bonis*: Nam & *malis bonorum* angi, seu misereri; & *bonis malorum* stomachari, seu indignari, æquum est: Siquidem mala illa præter amborum merita, eveniant, &c.
c Unde, & *diis immortalibus indignationem* damus; quod passim facit Homerus.
2a Coll. Miserationi Invidia non *vere & propriè opposita* est,
d Sed *ex parte*; *diversa* duntaxat sc.
e Est enim Invidia, ægritudo *turbida, orta ex bonis rebus* (sicut & *Miseratio*;) verùm *non improbi* alicujus; sicut *illa*: sed *vicini, & paris*,

f *Convenit* autem *cum Miseratione*; quia *utraque*, sunt *molestiæ*, seu ægritudines, *non quod* ipse, *res* suas *pejores putet*, (hoc enim est metus) *sed quòd is, quem nollet, adjuvetur*.

indignus (*sicut indignatio*;) sed illius, qui *sit ipsi* æqualis, & similis. 4. [f] Illud verò, *Dolere*, non quòd sibi-ipsi accidet aliud quidquam, *i. incommodum*, sed propter ipsum proximum, utrisque *dictis perturbationibus* similiter oportet inesse: Non enim ampliùs erit, una quidem *barum*, Stomachatio; altera verò, Invidia; sed *utraque erit* Metus, si modò ob hoc *ipsum* adsit molestia, & perturbatio; quia ipsi aliquid futurum sit mali ab illius prosperitate.

ἀναξίου, ἀλλὰ τοῦ ἴσου καὶ ὁμοίου. 4. Τὸ δὲ, μὴ ὅτι αὐτῷ τι συμβήσεται ἕτερον, ἀλλὰ δι' αὐτὸν τὸν πλησίον, ἅπασιν ὁμοίως δεῖ ὑπάρχειν· οὐ γὰρ ἔτι ἔσται, τὸ μὲν, φθόνος· τὸ δὲ, νέμεσις· ἀλλὰ φόβος, ἂν διὰ τοῦτο ὑπάρχῃ ἡ λύπη καὶ ἡ ταραχή· ὅτι αὐτῷ τι ἔσται φαῦλον ἀπὸ τῆς ἐκείνου εὐπραξίας.



g Ex affectib. jam exposit. colliguntur *Affectus alii, his Consequentes & Contrarii*: Nam

1 Ut *miserationi* (*i. dolori in malis indigni*) consequens est doloris vacuitas, seu *lætitia in malis digni*.

h Iidem enim sunt, qui his affectionibus tenentur; ut patet exemplis:

i Ita & INDIGNATIONI (*i. dolori de bonis indigni*) consequens est LÆTITIA *De malis* rebus *Digni*.

k Siquidem ii, qui his affectionibus implicantur, iidem sunt.

¶ 5. [g] Manifestum autem *est*, quòd *perturbationibus* istis etiam contrariæ perturbationes erunt consequentes: [1] Qui enim molestiâ afficitur ob eos, qui immerito infœliciter agunt, lætabitur, aut molestiæ vacuus erit ob *his* contrarios, qui *meritò*, *sc.* infœliciter agunt: [h] velut, ob parricidas, & sicarios, quando supplicio afficiantur, nemo molestiâ affectus fuerit, qui bonus *sit*: Oportet enim gaudere de talibus *viris infœliciter agentibus*. 6. [i] Eodem autem modo, etiam *is qui dolet super iis, qui non secundùm dignitatem fœliciter agunt, gaudebit* super iis, qui secundum dignitatem fœliciter rem gerunt: [k] Utraq; enim *illa* justa *sunt*, &

¶ 5. Φανερὸν δὲ, ὅτι ἀκολουθήσει καὶ τὰ ἐναντία πάθη τούτοις· ὁ μὲν γὰρ λυπούμενος ἐπὶ τοῖς ἀναξίοις κακοπραγοῦσιν, ἡσθήσεται, ἢ ἄλυπος ἔσται ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις κακοπραγοῦσιν, οἷον, διὰ τοὺς πατραλοίας καὶ μιαιφόνους, ὅταν τύχωσι τιμωρίας, οὐδεὶς ἂν λυπηθείη χρηστός· δεῖ γὰρ χαίρειν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. 6. Ὡς δ' αὔτως καὶ ἐπὶ τοῖς εὖ πράττουσι κατ' ἀξίαν· ἄμφω γὰρ δίκαια, καὶ ποιεῖ


ποιεῖ χαίρειν τὸν ἐπιεικῆ· ἀνάγκη γὰρ ἐλπίζειν ὑπάρξαι ἂν ἅπερ τῷ ὁμοίῳ, καὶ αὐτῷ· καὶ ἔστι τοῦ αὐτοῦ ἤθους ἅπαντα ταῦτα. ¶ 7. Τὰ δ' ἐναντία, τοῦ ἐναντίου· ὁ γὰρ αὐτός ἐστιν ἐπιχαιρέκακος καὶ φθονερός· ἐφ' ᾧ γάρ τις λυπεῖται γιγνομένῳ καὶ ὑπάρχοντι, ἀναγκαῖον τοῦτον ἐπὶ τῇ στερήσει καὶ τῇ φθορᾷ τῇ τούτου χαίρειν.

faciunt, ut gaudeat *vir* bonus: Necesse enim *est eum* sperare, sibi quoque *eadem bona* eventura, quæ simili *viro contigerunt*: [l] Et pertinent ad eosdem mores *bonos*, hæc omnia *quatuor*. ¶ 7. [2] His verò contraria, *sc. Invidia & ejus consequens*, ad *mores* contrarios, *seu malos*: [m] Idem enim est, malis alienis-Gaudens, ac Invidus: Ex quo enim quispiam molestiâ afficitur, dùm *illud alteri* exoritur, aut existit, necessarium *est*, propter ejusdem privationem, & interitum, eum lætari.

l Et omnes hæ quatuor affectiones, sunt bonorum morum.

2 INVIDIÆ (supple) *consequens* est ἐπιχαιρεκακία; & ambæ hæ pertinent ad mores malos:

m ἐπιχαιρεκ. *esse consequentem*, prob. inde, quòd huic qui in *bonis alterius dolet*, i. *Invido*, necessariò idem est is, qui *gaudet in alterius malis*.



8. Διὸ, κωλυτικὰ μὲν ἐλέους πάντα ταῦτα ἐστί. διαφέρει δὲ, διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας· ὥστε πρὸς τὸ μὴ ἐλεεινὰ ποιεῖν, ἅπαντα ὁμοίως χρήσιμα. ¶ 9. Πρῶτον μὲν οὖν περὶ τοῦ νεμεσᾷν λέγωμεν, τίσι τε νεμεσῶσι, καὶ ἐπὶ τίσι, καὶ πῶς ἔχοντες αὐτόν· εἶτα μετὰ ταῦτα, περὶ τῶν ἄλλων· φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων· εἰ γάρ ἐστι τὸ νεμεσᾷν, λυπεῖσθαι ἐπὶ τῷ φαινομένῳ ἀναξίως εὐ-

8. [n] Quamobrem omnia hæc, *Indignatio, sc. & Invidia, & earum consequentia*, exturbandæ misericordiæ vim habent; differunt verò *inter se*, ob causas antè dictas: Quare ad efficiendum, ut res non *videantur iis, qui audiunt*, miserabiles, omnia hæc similiter conducunt. ¶ 9. [o] Ac primum quidem de Indignando, exponamus, QUIBUS Indignentur, & ob QUÆ, & QUOMODO *se* habentes ipsi; deindè de aliis *affectibus dicemus* postea. Manifestum autem *est* ex iis, quæ dicta sunt: [p] Si enim [1] indignari, est molestiâ affici de illo *homine*,

n Ex hact. dictis coroll. *Indignationem* & *Invidiam*, atque *harum consequentes*, huc omnes *inservire*, *ut res ne* videantur. *miseratione dignæ*.

o Hiis præmissis: De *Indignatione*, seu *Stomachatione*, sequuntur formæ: (De *Invidia* enim sumentur cap. sequ.)

p De 1a & 2a Quæst. (*Quibus & ob quæ stomachemur*) for. 1a, sic: Si Indignatio *rectè definita sit*:

* Certe *indignari non possumus ob omnia bona* (ut ob Justitiam, fortitudinem, & omnino ob virtutes morales) *neque d. bonis viris.*

[p] Rat. à contrar. Neque enim improborum miseret, tametsi maximis malis premantur: Sed indignamur *de viris malis, ob bona fortunæ ab ipsis parta,* quæ *rectius* convenirent,

* Aut *viris bonis*:

* Aut *iis, qui* cum *naturâ dotati* sint, recte *illa* atque *ordine possidere* existimantur.

2a For. ex præced. Quia *Priscum*, atque inveteratum, *parum abest* à *naturali*:

[q] Certe indignamur *novis* hominibus. [1] Si *bona* dicta *nuper acquisierint*:

2 Et si ad hæc, *iisdem* bonis *aucti, in præclarâ fortunâ vivant.*

[r] Explic. 1a membri, ex. gr. *Magis* urunt, qui *subitas opes* captârint, *quam qui hæreditarias*, quasi pæne naturales possedêrint, &c.

[s] Expl. 2i membr. ex. gr. Qui ope *divitiarum novarum*, ad amplissimos *honores adscenderint, magis* urunt, quam qui *priscis divitiis suffulti* sint.

[t] Hoc inde fit, quod qui recentium bonorum commendatione, alia sibi accumulârint, *ob rei novitatem, alienas, non suas res habere creduntur*, &c. Quod quam odiosum sit, sero illi sæpe intelligunt.

3a For. sic: Quia *non omne commodum omnem* hominem *decet*, quamvis innocentem ac bonum; sed eleganti proportionis lege, *hoc isti* convenit, quod *illi minime* quadrat, &c.

mine, qui apparet præter dignitatem prosperè agere, * primum quidem perspicuum est, non posse *nos* propter omnia bona indignari: Etenim si *alter* justus, aut fortis *sit*, aut *omnino* si virtutem *aliquam* consequatur, nemo ei indignabitur: [p] (Neque enim miserationes sunt de iis, qui his sunt contrarii;) verum *indignantur* de divitiis, de potentia, & *rebus* ejusmodi, quibuscunque, ut simpliciter dicam, digni sunt * *viri* boni; * & *ii* qui naturalia habent bona: velut, nobilitatem, & pulchritudinem, & quæcunq; talia. 10. [2] Quoniam verò, quod Antiquum *est*, propinquum quiddam apparet *esse* Naturali; [q] necesse *est* nos, [1] iidem habentibus bonum, si nuper consecuti sint, & [2] *si* ob id prospere agant, magis indignari: [r] Molestiores enim *hominibus sunt ii*, qui nuper ditescunt, quam qui antiquitus, & ob *suum* genus: Similiter vero etiam qui *nuper sunt* in magistratu, & potentes, & habentes multitudinem amicorum, & bonam prolem, & quæcunque ejusmodi *sunt*. 11. [s] Et si ob hæc *nuper parta*, aliud aliquid boni adveniat ipsis, eodem modo *se habent*: Nam & hîc magis molesti sunt, qui recens *facti sunt* divites, cum propter divitias *illas* imperium habent; quam qui antiquitus divitias possederunt: Similiter verò etiam in aliis *fortunæ bonis*. 12. [t] Causa autem *hujus est*, quod illi quidem, *qui cùm bona illa antiquitus possederint*, *imperio potiti sunt*, videntur, quæ *sua sunt*, habere; hi verò, *qui recens*, nequaquam: Quod enim semper ita apparet *se* habere, verum, & *justum* videtur: Quare alterum *hominum genus*, non sua, *sed aliena bona videtur* possidere. 13. [3] Et quoniam unumquodque bonum, non quolibet dignum *est*, sed est quædam *harum rerum* proportio, & *id* quod *personæ* congruit; (velut, arma pulchra, nequaquam justo *viro* conveniunt, sed forti; & conjugia eximia, non nuper ditescentibus, sed nobilibus;)

πραγεῖν, πρῶτον μὲν δῆλον ὅτι οὐκ ἐνδέχεται ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς νεμεσᾶν· οὐδεὶς γὰρ, εἰ δίκαιος, ἢ ἀνδρεῖος, ἢ εἰ ἀρετὴν λήψεται, νεμεσήσει τούτῳ· (οὐδὲ γὰρ οἱ ἔλεοι ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις τούτων εἰσίν·) ἀλλ' ἐπὶ πλούτῳ, καὶ δυνάμει, καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅσων ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἄξιοί εἰσιν οἱ ἀγαθοί· καὶ οἱ τὰ φύσει ἔχοντες ἀγαθά, οἷον εὐγένειαν, καὶ κάλλος, καὶ ὅσα τοιαῦτα. 10. Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐγγύς τι φαίνεται τοῦ φύσει, ἀνάγκη τοῖς τὸ αὐτὸ ἔχουσιν ἀγαθὸν, ἐὰν νεωστὶ ἔχοντες τυγχάνωσι, καὶ διὰ τοῦτο εὐπραγῶσι, μᾶλλον νεμεσᾶν· μᾶλλον γὰρ λυποῦσιν οἱ νεωστὶ πλουτοῦντες, τῶν πάλαι, καὶ διὰ γένους· ὁμοίως δὲ καὶ ἄρχοντες, καὶ δυνάμενοι, καὶ πολύφιλοι, καὶ εὔτεκνοι, καὶ ὁτιοῦν τῶν τοιούτων. 11. Κἂν διὰ ταῦτα ἄλλο τι ἀγαθὸν γίγνηται αὐτοῖς, ὡσαύτως· καὶ γὰρ ἐνταῦθα μᾶλλον λυποῦσιν οἱ νεόπλουτοι, ἄρχοντες διὰ τὸν πλοῦτον, ἢ οἱ ἀρχαιόπλουτοι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. 12. Αἴτιον δ', ὅτι, οἱ μὲν, δοκοῦσι τὰ αὑτῶν ἔχειν· οἱ δ', οὔ· τὸ γὰρ ἀεὶ οὕτω φαινόμενον ἔχειν, ἀληθὲς δοκεῖ· ὥστε οἱ ἕτεροι, οὐ τὰ αὑτῶν ἔχειν. 13. Καὶ ἐπεὶ ἕκαστον τῶν ἀγαθῶν, οὐ τοῦ τυχόντος ἄξιον, ἀλλά τις ἐστιν ἀναλογία, καὶ τὸ ἁρμόττον· (οἷον, ὅπλων κάλλος, οὐ τῷ δικαίῳ ἁρμόττει, ἀλλὰ τῷ ἀνδρείῳ· καὶ γάμοι διαφέροντες, οὐ τοῖς νεωστὶ πλουτοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς εὐγενέσιν.)

ἐὰν ὢν ἀγαθὸς ὤν, μὴ τῦ ἁρμόττοντος τυγχάνῃ, νεμεσητόν. 14. Καὶ τὸν ἥττω τῷ κρείττονι ἀμφισβητεῖν· μάλιστα μὲν ὢν τοὺς ἐν τῷ αὐτῷ· (ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται,

"Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην Τελαμωνιάδαο·
"Ζεὺς γάρ οἱ νεμέσησεν, ὅτ' ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο·)

15. Εἰ δὲ μὴ, κἂν ὁπωσοῦν· ὁ ἥττων τῷ κρείττονι· οἷον, εἰ ὁ μουσικὸς τῷ δικαίῳ· βελτίων γὰρ ἡ δικαιοσύνη τῆς μουσικῆς· οἷς μὲν ὢν νεμεσῶσι, καὶ διὰ, ἐκ τούτων δῆλον· ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστι. ¶ 16. Αὐτοὶ δὲ νεμεσητικοί εἰσιν, ἐὰν ἄξιοι τυγχάνωσιν ὄντες τῶν μεγίστων ἀγαθῶν, καὶ ταῦτα κεκτημένοι· τὸ γὰρ τῶν ὁμοίων ἠξιῶσθαι τοὺς μὴ ὁμοίους, οὐ δίκαιον. 17. Δεύτερον δ', ἂν ὄντες ἀγαθοὶ, καὶ σπουδαῖοι τυγχάνωσι· κρίνουσί τε γὰρ εὖ, καὶ τὰ ἄδικα μισοῦσι. 18. Καὶ ἐὰν φιλότιμοι, καὶ ὀρεγόμενοι τινῶν πράξεων· καὶ μάλιστα, περὶ ταῦτα φιλότιμοι ὦσιν, ὧν ἕτεροι ἀνάξιοι ὄντες τυγχάνουσι. 19. Καὶ ὅλως οἱ ἀξιοῦντες αὐτοὶ αὑτοὺς, ὧν ἑτέρους μὴ ἀξιοῦσι, νεμεσητικοὶ τούτοις, καὶ τούτων· διὸ καὶ οἱ ἀνδραποδώδεις καὶ φαῦλοι καὶ ἀφιλότιμοι, οὐ νεμεσητικοί· οὐδὲν γάρ ἐστι τοιοῦτον· οὗ αὑτοὺς οἴονται ἀξίους εἶναι. 20. Φανερὸν δ' ἐκ τούτων, ἐπὶ ποίοις ἀτυχοῦσι καὶ κακοπραγοῦσιν, ἢ μὴ τυγχάνουσι,

[v] *idcirco si quis* [t] *bonus quidem existat*; non conveniente *tamen rem sibi* consequatur, id habet vim movendæ indignationis. 14. [s] Et inferiorem cum præstantiori controversari: [x] Ac maxime quidem, si *versentur* in eodem *rei genere*: ([*] Unde & illud dictum est,

" *Ajacis autem* Cebrion *pugnam vitabat Telamonii*:
" *Jupiter enim ei stomachabatur, quando* inferior *cum præstantiori pugnare* vellet.)

15. [y] Sin minus *in eodem genere*; tamen *hoc indignationem etiam parit*, quocunque modo inferior *qui sit*, cum præstantiori *contendat*; velut si musicus cum justo *viro*: Melior enim *est* justitia, quam musica. Quibus igitur stomachentur, & propter quæ, ex his perspicuum *est*: Hæc enim & hujusce-modi sunt, *quæ diximus*. ¶ 16. [z] At ipsi *homines* ad indignandum proclives sunt, [1] si cùm digni existant maximis bonis, & ea possederint, *alios etiam indignos, eis auctos videant*: Nam similibus *bonis* dignos esse habitos eos, qui non *sunt* similes, nequaquam justum *est*. 17. [2] Secundo loco, si boni existant, & virtute præditi, *tametsi non possederint maxima bona*; *cum alii improbi ea possideant*: Hii enim, & *de rebus* benè judicant, & injusta *omnia* odio habent. 18. [3] Et si sint studiosi honoris, & appetentes quarundam administrationum: Et præcipuè, si eorum *munerum* studiosi sint, quæ alii, cum indigni sint, consequuntur. 19. [a] Et omninò, qui dignos se existimant, quibus alios non existimant, stomachosi *sunt* iis *qui consecuti sint*, & [*] ob eadem. [b] Quamobrem homines [1] ingenio servili *præditi*, & [2] pravi, & [3] honorum negligentes, non moventur ad indignationem: Nihil enim est ejusmodi, quo se putent esse dignos. 20. [c] Ex his autem manifestum *est*, de Qualibus *hominibus*, adversâ fortunâ utentibus, & infeliciter agentibus, seu non assequentibus ea

u Propterea, *Indignatio fervet* 1, *Adversus bonos*, si prehenderint *ea*, *quæ ipsis haud conveniant*:

2, *Adversus inferiores*, *si cum superiori us contendant*:

x Præsertim, si utriq; *in eodem versentur* studio, *de quo certamen* ineunt.

* (Unde, Iliad. 11, Jupiter ferre non poterat, ut Cebrion miles imbellis, cum Ajace congrederetur. fortissimo duce.)

y Dein, Si *in eodem* studio *non certent*; sed *conditionibus iis* vivant, *quarum una* sit *alterâ* longe *humilior*, &c.

z De 3ª Quæst. [*Qui homines stomachosi?*] tor.

1ª, Qui *maximis bonis digni* sunt, *iisque ornati*, ægre *deteriores* ferunt, *paribus* muneribus *ornatos*.

2ª, *Qui simpliciter* sunt *viri boni*, & *non aucti honoribus*, ut superiores; indignè ferunt, *malos cumulari* maximis *bonis*.

3ª, *Ambitiosi* & *elati*, facile stomachantur; & *præcipue*; *si affectent res eas*, *quas*, qui illis gerendis *inepti* erant, *arripuerint*.

a Et universim, qui præclaro de se judicio, *dignantur se præmiis*, &c. * Commune hoc est quæstioni prim.

b Unde, Homines 1 *mancipiis similes*, & 2 *inertes*, & 3 *honorum contemptores* (qui supra-positis tribus sunt contrarii) *non sunt stomachosi*: cùm in honorib. ambiendis, suâ ipsi sententiâ damnati sint.

c Ex formis de *stomachatione in bonis indigni*, *contrario modo eliciuntur* formæ *de contraria lætitiâ in malis digni*. seu *commeriti*: quæ erat affectio indignationi consequens.

d Ex dict. præcept. *de indignatione Judicum excitandâ*, & *contrariâ misericordiâ* ex animis *ejiciendâ*.

ea *quæ volunt*, gaudere *nos*, aut *saltem* nullo dolore tangi oporteat: Ex iis enim quæ dicta sunt, opposita sunt manifesta. 21. [d] Quare si *præsidiis dictis*, Judices ejuscemodi præpârarit oratio, *ut facile indignentur*; & *adversarios* (cum petunt ut *sui* misericordia habeatur, & ob tales *res* habeatur) ostenderit *prorsùs* indignos esse, *qui misericordiam* impetrent, & dignos qui non impetrent; fieri non potest, ut *Judicibus* Miseratio adsit; *sed contraria Indignatio*.

χαίρειν ἢ ἀλύπως ἔχειν δεῖ· ἐκ γὰρ τῶν εἰρημένων τὰ ἀντικείμενα δῆλά ἐστιν. 21. Ὥστε ἄν τούς τε κριτὰς τοιούτους παρασκευάσῃ ὁ λόγος, καὶ τοὺς ἀξιοῦντας ἐλεεῖσθαι, καὶ ἐφ' οἷς ἐλεεῖσθαι, δείξῃ ἀναξίους μὲν ὄντας τυγχάνειν· ἀξίους δὲ μὴ τυγχάνειν, ἀδύνατον ἐλεεῖν.

De Invidia. CAP. XII.

Invidia quid, Par. 1. *Ejus Quæst.* 1ª, *Qui homines invident, à Par.* 2. 2ª, *Ob Quæ Commoda invident, à Par.* 7. 3ª, *Quibus invident, à Par.* 11.

a Ex cap. præced. *patent formæ de Invidia*: præmissâ *ipsius definitione*, in quâ *tres notandæ partes*:

1ª,

2ª,

3ª.

b De 1ª Quæst. [*Qui homines invident?*] for. 1ª, ducitur ex 2ª definit. parte: Invidi illi, *quibus aliqui sunt pares*, &c.

2ª, Ex part. 1ª & 3ª: Rumpuntur ii, *qui pœne cunctis* in vita *bonis* (quantum humana fert conditio) *abundant*:

3, Item ex 1ª & 3ª: *Qui in aliqua arte*, aut studio *eximii* habentur, &c.

c Et qui *laudis appetentes* sunt, &c.

d Et proin, *qui haberi se cupiunt sapientes*:

e Et universim, *qui in aliquo cursu laudem affectant*, Momi sunt.

[a] PErspicuum autem est, & Ob QUÆ Invideant, & QUIBUS, & QUOMODO se habentes: Siquidem Invidia, est Molestia quædam [1] propter prosperitatem, quæ apparet, in iis, quæ dicta sunt, bonis; [2] idque erga similes; non ut aliquid *boni sit* ipsi, *qui invidet*, [3] sed *quia* illis *est*, *quibus invidetur*. ¶ 2. [b] Invidere enim *solent* tales *viri*, quibus aliqui *sunt*, aut apparent *esse* similes: Similes verò dico, [1] genere, [2] cognatione, [3] ætate, [4] habitu, [5] *hominum* existimatione, [6] copiis. 3. [2] Et quibus parùm deest, quin omnia *bona ipsis* adsint. Quamobrem, qui magna agunt, & qui prosperâ fortunâ utuntur, sunt invidi: Cunctos enim *ad quos quidpiam pervenerit*; quæ sua *sunt*, putant eripere. 4. [3] Et qui ob aliquid honorantur eximie; & maxime ob sapientiam, aut fœlicitatem. 5. [c] Et studiosi honoris, invidentiores *sunt*, quam non studiosi. [d] Et qui sequuntur sapientiæ gloriam: Studiosi enim *sunt* honoris ob Sapientiam: [e] Et omninò qui gloriam in aliquo *studio*

Δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τίσι φθονοῦσι, καὶ τίσι, καὶ πῶς ἔχοντες, εἴπερ ἐστὶν ὁ φθόνος λύπη τις ἐπὶ εὐπραγίᾳ φαινομένῃ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν περὶ τοὺς ὁμοίους, μὴ ἵνα τι αὑτῷ, ἀλλὰ δι' ἐκείνους. ¶ 2. Φθονήσουσι μὲν γὰρ οἱ τοιοῦτοι, οἷς εἰσί τινες ὅμοιοι, ἢ φαίνονται· ὁμοίους δὲ λέγω, κατὰ γένος *, κατὰ συγγένειαν, καθ' ἡλικίαν, κατὰ ἕξιν, κατὰ δόξαν, κατὰ τὰ ὑπάρχοντα. 3. Καὶ οἷς μικροῦ ἐλλείπει, τὸ μὴ πάντα ὑπάρχειν· διό, οἱ μεγάλα πράττοντες, καὶ εὐτυχοῦντες, φθονεροί εἰσι· πάντας γὰρ οἴονται τὰ αὑτῶν φέρειν. 4. Καὶ οἱ τιμώμενοι ἐπί τινι διαφερόντως, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοφίᾳ, ἢ εὐδαιμονίᾳ. 5. Καὶ οἱ φιλότιμοι, φθονερώτεροι τῶν ἀφιλοτίμων· καὶ οἱ δοξόσοφοι· φιλότιμοι γὰρ ἐπὶ σοφίᾳ· καὶ ὅλως οἱ φιλόδοξοι περί τι,

* Conjun. cap. 10. par. 20.

τι, φθονεροὶ περὶ τοῦτο. 6. Καὶ οἱ μικρόψυχοι· πάντα γὰρ αὐτοῖς δοκεῖ μεγάλα εἶναι. ¶ 7. Ἐφ' οἷς δὲ φθονοῦσι, τὰ μὲν ἀγαθὰ, εἴρηται· ἐφ' ὅσοις γὰρ φιλοδοξοῦσι καὶ φιλοτιμοῦνται ἔργοις, καὶ ὀρέγονται δόξης. 8. Καὶ ὅσα εὐτυχήματά ἐστι, σχεδὸν περὶ πάντα φθόνος ἐστί. 9. Καὶ μάλιστα, ὧν αὐτοὶ ἢ ὀρέγονται, ἢ οἴονται δεῖν αὐτοὺς ἔχειν. 10. Ἢ ὧν αὐτοὶ τῇ κτήσει μικρῷ ὑπερέχουσιν, ἢ μικρῷ ἐλλείπουσι. ¶ 11. Φανερὸν δὲ καὶ οἷς φθονοῦσιν· ἅμα γὰρ εἴρηται *. τοῖς γὰρ ἐγγὺς καὶ χρόνῳ, καὶ τόπῳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ δόξῃ, φθονοῦσιν· ὅθεν εἴρηται,

* à Par. 2.

"Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται.

12. Καὶ πρὸς οὓς φιλοτιμοῦνται· φιλοτιμοῦνται μὲν γὰρ πρὸς τοὺς εἰρημένους· πρὸς δὲ τοὺς μυριοστὸν ἔτος ὄντας, ἢ πρὸς τοὺς ἐσομένους, ἢ τεθνεῶτας, οὐδείς· οὐδὲ πρὸς τοὺς ἐπ' Ἡρακλείαις στήλαις· οὐδ' ὧν πολὺ οἴονται παρ' αὐτοῖς, ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις λείπεσθαι· οὐδ' ὧν πολὺ ὑπερέχειν, ὡσαύτως καὶ πρὸς τούτους, καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα. 13. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τοὺς ἀνταγωνιστὰς, καὶ ἀντεραστὰς, καὶ ὅλως τοὺς τῶν αὐτῶν ἐφιεμένους, φιλοτιμοῦνται, ἀνάγκη τούτοις μάλιστα φθονεῖν· ὅθεν εἴρηται †,

* Conjun. 8. Ethic. cap. 2.

"Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ.

14. Καὶ τοῖς ταχὺ, ἢ οἱ μόλις τυχόντες, ἢ μὴ τυχόντες, φθονοῦσι. 15. Καὶ

captant, in hoc ipso *sunt alijs* invidi. 6. [4] Et pusillanimi: Omnia enim ipsis, *vitio animi quodam*, videntur magna esse. ¶ 7. [f] Ob quæ verò *homines alijs* invident, *jam* quidem dicta sunt *bona*: In quibuscunque enim operibus gloriam captant, & de honore contendunt, *atque hominum* aucupantur opinionem: 8. [g] Et quæcunque bonæ fortunæ commoda sunt, propemodùm in omnibus *bis* invidia versatur. 9. [h] Et præcipuè *in ijs*, quæ ipsi aut appetunt, aut putant oportere se habere: 10. [i] Aut quorum possessione ipsi sunt paulò superiores, *& ab alijs ne vincantur, timent*; vel paulò inferiores, *& alijs se pares fieri cupiunt*. ¶ 11. [k] Manifestum verò *est*, etiam QUIBUS *hominibus* invideant: Simul namque hoc dictum est *cùm dictum fuit*, *Qui essent invidi*: [1] Ijs enim invident, qui *ipsis* & tempore, & loco, & ætate, & existimatione propinqui *sunt*: [l] Undè dictum est *illud*,

" *Quod enim cognatum est, etiam invidere novit.*

12. [2] Et *proindè* quibuscum de honore contendunt: [m] Nam de honore contendunt quidem cum ijs, qui *jam* dicti sunt; [n] Cum ijs verò, qui ab hinc decem millibus annorum absunt, [o] aut cum ijs qui *posteà* futuri, vel qui mortui sunt, *contendit* nemo; [p] neq; cum ijs, qui *sunt* ad Herculeas columnas; [q] neque quibus suo ipsorum, vel aliorum judicio, se longè inferiores esse putant; similitèr, neq; quibus se longè superiores; cum his, *inquam, qui sic se habent*, & in talibus rebus in *quibus ità se habent*, *haud contendunt*. 13. [3] Quoniam verò cum adversarijs, & rivalibus, & omninò *cum* ijs, qui eadem appetunt, de honore concertant: [r] *Idcircò necesse est* [ſ] his *eos omnibus* maximè invidere: [t] Undè *ab Hesiodo* dictum est,

" *Et figulus figulo invidet.* ——

14. [2] Et ijs qui celeritèr *quicquam adepti sunt*, invident *illi*, qui vix, aut non *omninò* sunt *idem* adepti. 15 [3] Et qui

4a. Itidem ex 1a & 3: *Minuti* & angusti *animi* homines, Zoili sunt ijs *Qui res bonas adepti*, &c.

f De 2a Quæst. [*Ob quæ, seu in quibus commodis invident?*] sci. Tùm *in operibus, in quibus primos se esse, & palmam mereri volunt*, &c.

g Tùm *in ijs ferè bonis, quæ beneficio fortunæ depluunt.*

h Præsertim, si vel *illa optent*, &c. *cùm ab alijs prærepta videant.*

i Vel *possessis* eorundem cæteris sint *impares*, &c.

k De 3a Quæst. [*Quibus, invident?*] ex supradict. formæ.

1 Livescunt in eos, *qui cognati*, *& propinqui* sunt *tempore*, *loco*, *ætate*, *existimatione*, &c.

l Declar. dict. ex senariolo veteris Poëtæ.

2 Ergo & invident ijs, *quibuscum de primis dimicant.*

m Tales, illi qui partic. præced. *enumerati* sunt:

n Non autem illis *contrarij*: sc. qui aut *tempore* sunt remoti,

o Aut *ætate*.

p Aut loco.

q Aut *existimatione*, & judicio *aliorum*, *vel suo*.

3. Ex præcedenti partic. colliguntur hæ: Quia omnes de *primis contendunt* cum *æmulis* studiorum suorum, &c.

r Proindè, *t* *Istiusmodi hominibus potissimum invident.*

ſ Quod prob. ex sententia Hesiod. lib. 1. Oper. & Dier.

2 Ijs, *qui facilè consecuti sunt*, invident *ij qui serò* &c. Dolent enim se tempore & facilitate superatos.

3 Et *ijs* invidemus, *qui cùm*,

quibus, si *quicquam* consecuti fuerint, aut rectè *rem* egerint ipsis *interim non consecutis*, dedecus hoc *est*: [s] Sunt verò & isti quoq; propinqui, & similes: Perspicuū enim *est*, ipsorum culpâ *eos* non adipisci *idem* bonū, *quod alii* ipsis *pares, vel inferiores consecuti sint*: Quare hoc, *cum ipsis* molestū *sit*, invidiā efficit. 16. [4] Et iis, qui aut habent, aut consecuti sunt ea *bona*, quæ ipsis conveniebant, aut *quæ* quondam possidebant. Quamobrem seniores sane junioribus *invident*, *qui ea jam tenent, quæ quondā ipsorū fuerant*. 17. [5] Et qui multos sumptus fecerunt in eandē rē, invident *iis* qui paucos. 18. [u] Perspicuū verò *ex dictis est*, etiam propter Quæ *mala* gaudent hujusmodi *homines, qui invidebant*, & ob Quas *personas gaudent*, & Quomodò *ipsi se* habentes: [x] Ut enim *illi*, qui *se hoc modo* non habent, *sed invidi sunt, ex alienis commodis* dolent; sic ii qui *hoc modo se* habent, i. ἐπιχαιρεκακίᾳ *afficiuntur*, ex contrariis *incommodis* voluptatem percipient. 19. [y] Quare si ipsi *Judices* præparati fuerint, ut *erga reos* tales sint *quales diximus*; [z] Illi autem qui vel misericordiam, vel boni alicujus adeptionem petunt, tales esse *demonstrentur*, quales *jam* descripsimus; [a] Perspicuum *est*, *eos* misericordiam à *judiciorum* dominis non esse consecuturos.

ὧν ἢ κεκτημένων, ἢ κατορθούντων ὄνειδος αὐτοῖς· εἰσὶ δὲ καὶ οὗτοι ἐγγὺς, καὶ ὅμοιοι· δῆλον γὰρ ὅτι παρ' αὐτοὺς οὐ τυγχάνουσι τοῦ ἀγαθοῦ· ὥστε τοῦτο λυποῦν ποιεῖ τὸν φθόνον. 16. Καὶ τοῖς ἢ ἔχουσι ταῦτα, ἢ κεκτημένοις ἃ αὐτοῖς προσῆκεν, ἢ ἐκέκτητό ποτε· διὸ πρεσβύτεροι γε νεωτέροις. 17. Καὶ οἱ πολλὰ δαπανήσαντες εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς ὀλίγα φθονοῦσι. 18. Δῆλον δὲ καὶ ἐφ' οἷς χαίρουσιν οἱ τοιοῦτοι, καὶ ἐπὶ τίσι, καὶ πῶς ἔχοντες· ὡς γὰρ μὴ ἔχοντες λυποῦνται, οὕτως ἔχοντες ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἡσθήσονται. 19. Ὥστε ἂν αὐτοὶ μὲν, παρασκευασθῶσιν οὕτως ἔχειν· οἱ δ', ἐλεεῖσθαι, ἢ τυγχάνειν τινὸς ἀγαθοῦ ἀξιούμενοι ὦσιν οἷοι οἱ εἰρημένοι, δῆλον ὡς οὐ τεύξονται ἐλέου παρὰ τῶν κυρίων.

præmium aliquod acquisierint, &c. *probro nobis* vertatur, *non acquisisse*, &c.

t Conveniunt hi cum supradictis par. 11.

4 Et iis *qui possident vel obtinuerunt* ea, *quæ ipsis* mirifice *apta*, aut *prius possessa* fuerant.

5 Et iis *qui sine ullo dispendio comparârunt quod ipsis magno sumptu* stetit.

u Ex formis *de Invidia* collig. formæ *de ejus consequente*, sc. *malevolorum hominum* ἐπιχαιρεκακία: idque contrario modo; cum hæc affectio sit Invidiæ opposita.

x Ut enim *Invidi molestiam* metunt *ex aliorum bonis*; ita *qui* ἐπιχαιρεκακίᾳ tenentur, *gaudent ex alienis malis*.

y Præcept. general. Si dictorum ope, *Judices quidem conformâris*, ut *doleant in* adversarii *bonis*, *lætentur in malis*:

z Adversarios autem doceas esse, quorum *bonis dolendum* sit, *adversis lætandum*:

a Eâdem iis operâ, *misericordiam omnem Judicum* facillime *præripies*.

De Æmulatione. Cap. XIII.

Æmulatio, quid, Par. 1. *Ejus Quæstio* 1a, *Qui homines æmulentur, à Par.* 3. 2da, *Ob Quas res æmulentur, Par.* 7. *Tertia, Quales ii, quibus æmulantur, à Par.* 9.

[a] Quomodò autem *se* habeant Æmulantes, & Qualia *æmulentur*, & Quas ob *causas*, hinc inde perspicuum *est*: Si enim Æmulatio, est molestia quædam [1] propter *eam*, quæ apparet, præsentiam bonorum honoratorum, & *eorum* quæ *ipse* sibi

Πῶς δὲ ἔχοντες ζηλοῦσι, καὶ τὰ ποῖα, καὶ ἐπὶ τίσιν, ἐνθένδ' ἐστὶ δῆλον· εἰ γάρ ἐστι ζῆλος, λύπη τὶς ἐπὶ φαινομένῃ παρουσίᾳ ἀγαθῶν ἐντίμων καὶ ἐνδεχομέων αὐτῷ λαβεῖν περὶ τοὺ

a Definitâ *Æmulatione*, quod sit Ægritudo excitata [1] ex *accessu bonorum*, *quæ bonore compensantur*, &c.

τοῦ ὁμοίους τῇ φύσει, οὐχ ὅτι ἄλλω, ἀλλ' ὅτι οὐχὶ καὶ αὐτῷ ἐστί. 2. (διὸ καὶ ἐπιεικές ἐστιν ὁ ζῆλος, καὶ ἐπιεικῶν· τὸ δὲ φθονεῖν, φαῦλον, καὶ φαύλων· ὁ μὲν γὰρ, αὑτὸν παρασκευάζει διὰ τὸν ζῆλον τυγχάνειν τῶν ἀγαθῶν· ὁ δὲ, τὸν πλησίον μὴ ἔχειν διὰ τὸν φθόνον.) ¶ 3. Ἀνάγκη δὴ ζηλωτικοὺς μὲν εἶναι τοὺς ἀξιοῦντας ἑαυτοὺς ἀγαθῶν ὧν μὴ ἔχουσιν· οὐδεὶς γὰρ ἀξιοῖ τὰ φαινόμενα ἀδύνατα· διὸ οἱ νέοι καὶ οἱ μεγαλόψυχοι τοιοῦτοι. 4. Καὶ οἷς ὑπάρχει τοιαῦτα ἀγαθὰ, ἃ τῶν ἐντίμων ἄξιά ἐστιν ἀνδρῶν· ἔστι γὰρ ταῦτα, πλοῦτος, καὶ πολυφιλία, καὶ ἀρχαὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ὡς γὰρ προσῆκον αὐτοῖς ἀγαθοῖς εἶναι, ὅτι προσήκει τοῖς ἀγαθῶς ἔχουσι, ζηλοῦσι τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν. 5. Καὶ οὓς οἱ ἄλλοι ἀξιοῦσι. 6. Καὶ ὧν πρόγονοι, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἰκεῖοι, ἢ τὸ ἔθνος, ἢ ἡ πόλις, ἔντιμοι, ζηλωτικοὶ περὶ ταῦτα· οἰκεῖα γὰρ οἴονται αὐτοῖς εἶναι, καὶ ἄξιοι τούτων. ¶ 7. Εἰ δ' ἐστὶ ζηλωτὰ τὰ ἔντιμα ἀγαθὰ, ἀνάγκη τάς τε ἀρετὰς εἶναι τοιαύτας· καὶ ὅσα τοῖς ἄλλοις ὠφέλιμα, καὶ εὐεργετικά· τιμῶσι γὰρ τοὺς εὐεργετοῦντας, καὶ τοὺς ἀγαθούς. 8. Καὶ ὅσων ἀγαθῶν ἀπόλαυσις τοῖς πλησίον ἐστίν· οἷον, πλοῦτος, καὶ κάλλος μᾶλλον ὑγιείας. ¶ 9. Φανερὸν δὲ καὶ οἱ ζηλωτοὶ τίνες· οἱ γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κεκτημένοι, ζηλωτοί· ἔστι δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα, οἷον, ἀνδρεία, σοφία, ἀρχή· (οἱ γὰρ ἄρχοντες πολ-

acquirere potest; [a] in iis qui *sunt ipsi* naturâ similes; [3] non quod *illi* alteri *hæc bona* adsint, sed quod non etiam sibi ipsi. (2. [b] Quamobrem & Æmulatio, æquum *quiddam* est, & bonorum *virorum*; Invidere verò, pravum, & pravorum *hominum*: [c] Ille enim se præparat, propter æmulationem, ad bona *sibi* adipiscenda; hic verò, propter Invidiam *studet*, ut ne proximus *hæc* habeat. (¶ 3.[d] Necesse igitur *est*, proclives ad æmulandum esse [1] eos, qui existimant se dignos bonis *iis*, quæ non habent, *sed habere possunt*: Nemo enim se dignum existimârit *iis*, quæ apparent fieri non posse. Quamobrem juvenes, & magnanimi, *sunt* tales; *quia præclarum de se judicium faciunt*. 4. [e] Et quibus adsunt talia bona, quæ honoratis digna sunt viris: Sunt enim hæc, divitiæ, & amicorum copia, & magistratus: & quæcunque talia. Tanquam enim ipsis probis esse *viris*, *ideo* conveniat, quod *hujusmodi bona*, *quæ habent*, conveniunt probe *se* habentibus: *idcirco* æmulantur *aliis* ob hujusmodi bona. 5.[f] Et quos alii *dictis bonis* dignos existimant. 6.[2] Et quorum proavi, aut cognati, aut domestici, aut natio, aut civitas, *ob illa bona* honorata *est*, in his *bonis honoratis* ad æmulandum *sunt* proclives: Domestica enim arbitrantur sibi esse *hæc*, & his *se bonis esse* dignos. ¶ 7.[g] Si verò honorabilia bona sub æmulationem cadant, [h] necesse *est* cum virtutes *ipsas* esse tales, * & quæcunque aliis *sunt* utilia, & idonea ad benefaciendum: Honorant enim *merito* benefacientes & virtute præditos. 8.[i] Tum *ea* bona quorumcunque fruitio penes proximos est; veluti *sunt*, divitiæ & pulchritudo magis, quam sanitas. ¶ 9. [k] Manifestum verò, *ex dictis est*, etiam Qui *illi sint*, quibus æmulantur *cæteri*. [1] Qui enim hæc & talia possident, æmulationem *inveniunt*; Hæc vero sunt, *bona* antedicta; velut, fortitudo, sapientia, magistratus: (Nam qui magistratus gerunt, in multos

 possunt

2 In *iis* apparente, *qui pares ipsi* sunt:

3 Non *quod illi potiantur*, sed *quod iis ipsi careant*.

b Unde, *Differt Æmulatio ab Invidiâ*, quod illa *ad bona* acquirenda *promptiores nos facit*;

c Invidia, *mala* semper *fit aliis*, *cum* injuste *bonum* quodque *innocentibus* viris *detractum cupit*.

d De 1a Quæst. [*Quales æmulentur?*] form.

1 Rat. *Sui & alior.* Facile æmulantur, tum qui *judicio suo digni sunt bonis*, quorum *sperant se compotes fore*:

e Tum qui *actu possident ea*, quæ *honoratis* viris apte *conveniunt*, licet *ipsi non* sint *honorati* viri.

f Tum qui aliorum judicio habentur quovis bono digni.

2 Rat. *Proavorum*, &c. Quorum *patres*, *aut majores*, &c. *in aliquo studio*, vel arte *probati* fuerunt, hii rerum earundem sunt æmuli versus alios.

g De 2a Quæst. [*Ob Quæ æmulentur?*] form. sic:

Si *honorata bona* æmulationem gignant:

h Sequitur, Tum *virtutes*,

* Et *bona*, *quæ commodo* aliis *sunt* (ut *honores*, *magistratus*, &c.) esse talia.

i Tum cuncta *illa*, *quibus propinqui* & in iisdem locis viventes, *nobiscum frui* possunt: ut *opes*, *pulchritudo*, &c.

k De 3a Quæst. [*Qualib. æmulantur?*] form.

1 Rat. *bonorum*: Æmulationi expositi sunt, Tum *qui bonis jam dictis florent*; ut *virtutibus fortitudinis*, *sapientiæ*, &c. itemque *magistratu*.

l Tum *exercituum Duces*, qui ſcientiâ militari; & *Oratores*, qui conſilio opitulantur aliis.

2. Rat. *Honoris*, &c. Æmulatione petuntur, 1 Tum *quib. multi ſimiles eſſe ſtudent*, &c.

2 Tum *quibus cum admiratione aſſurgitur*.

3 Tum *quibus*, *laudum buccinatores* ſunt *poetæ*, &c.

m Tranſit ad *Contemptionem*, *Æmulationi contrariam*.

n De cujus 3b. quæſt. formæ:

1 *Quales ad contemnendum* propenſi.

2 *Quos* contemnunt?

3 *Ob quæ*, contemptui habent?

o Hinc, *Multi flocci ducunt opulentos, ac nobiles*, &c. cum glorientur illi fortunæ bono, non ſuo.

poſſunt eſſe benefici.) *l* Duces exercituum, oratores, & omnes qui talia *perficere* poſſunt 10. ² Et¹ quibus multi ſimiles volunt eſſe, aut multi *familiariter* noti, aut amici multi; ² vel quos multi ſuſpiciunt, aut *quos* ipſi ſuſpiciunt. 11. ³ Et quorum laudes & encomia celebrantur aut à Poetis, aut à ſcriptoribus orationum *accuratis* 12. *m* Contemnunt verò *homines* iſtis contrarios: Nam contraria Æmulationi Contemptio eſt, & *ipſum* Æmulari, *opponitur ipſi* Contemnere. 13. *n* Neceſſe autem *eſt*, eos qui ſic affecti ſunt, ut ¹ æmulentur aliquibus, aut æmulatione petantur, proclives eſſe ad contemnendum, tùm ² *homines* eos, ³ tùm eas ob *res*, quicunque mala *in ſe* habent contraria bonis iis, quæ æmulationem pariunt. 14. *o* Quamobrem ſæpenumerò contemnunt proſperâ fortunâ utentes, cùm ſine honoratis bonis faveat ipſis fortuna. 15. Ac per quas quidem *formas*, affectus *animis* inſerantur, & *inſiti* diſſolvantur, (ex quibus Fides *affecta* ducitur) de ipſis dictum eſt *hactenus*.

λοὺς δύνανται ἃ ποιεῖν.) στρατηγοί, ῥήτορες, πάντες οἱ τὰ τοιαῦτα δυνάμενοι. 10. Καὶ οἷς πολλοὶ ὅμοιοι βούλονται εἶναι, ἢ πολλοὶ γνώριμοι, ἢ φίλοι πολλοί· ἢ οὓς πολλοὶ θαυμάζουσιν, ἢ οὓς αὐτοὶ θαυμάζουσι. 11. Καὶ ὧν ἔπαινοι καὶ ἐγκώμια λέγονται, ἢ ὑπὸ ποιητῶν, ἢ λογογράφων. 12. Καταφρονοῦσι δὲ τῶν ἐναντίων· ἐναντίον γὰρ ζήλῳ καταφρόνησίς ἐστι, καὶ τὸ ζηλοῦν τῷ καταφρονεῖν. 13. Ἀνάγκη δὲ τοὺς οὕτως ἔχοντας ὥστε ζηλῶσαί τινας, ἢ ζηλοῦσθαι, καταφρονητικοὺς εἶναι τούτων τε, καὶ ἐπὶ τούτοις ὅσοι τὰ ἐναντία κακὰ ἔχουσι τῶν ἀγαθῶν τῶν ζηλωτῶν. 14. Διὸ πολλάκις καταφρονοῦσι τῶν εὐτυχούντων, ὅταν ἄνευ τῶν ἐντίμων ἀγαθῶν ὑπάρχῃ αὐτοῖς ἡ τύχη. 15. Δι' ὧν μὲν οὖν τὰ πάθη ἐγγίγνεται, καὶ διαλύεται, ἐξ ὧν αἱ πίστεις γίγνονται, περὶ αὐτῶν εἴρηται.

Sequuntur Ingenia & Mores Auditorum; qui conſequuntur ipſorum conditiones quatuor, ¹ affectus, ² virtutes morales, ³ ætates, & ⁴ fortunas. Primario valent iſti in Judiciis: Licet enim non veræ ſint actionum cauſæ, ita ut ad injuriam demonſtrandam minus habeant virium; Sunt tamen conſequentia quædam, quæ nonnihil ad inſimulandum vel excuſandum momenti adferunt; uti dixit lib. 1 cap. 10. Deinde, valent etiam in Demonſtrativis, ad vituperium vel laudem: Itemque in Deliberationibus; ubi ad auditorum Mores oratio accommodata, hortandi acquirit vim; ut infra cap. 15. Par. 20.

Tabula ſequent: uſque ad Cap. 19.

			Cap.
De Moribus ergo qui conſequuntur	Affectus:		14
	Habitus morales:		
	Ætates: ut	Juvenum:	14
		Senum:	15
		Ætatis vigentis.	16
	Fortunas: ut	Nobilium:	17
		Divitum:	18
		Potentium:	19
		Fortunatorum.	

CAP. XIV.

De Quatuor generibus morum in auditoribus, & de moribus Juvenum.

CAP. XIV.

De Moribus affectum quemque consequentibus, Par. 2. De Moribus habituum moralium, Par. 3. De moribus ætatum, Par. 4. Ac primùm de Moribus Juvenum, à Par. 6.

Τὰ δὲ ἤθη ποῖοί τινες, κατὰ τὰ πάθη, καὶ τὰς ἕξεις, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς τύχας, διέλθωμεν μετὰ ταῦτα. ¶ 2. Λέγω δὲ, πάθη μὲν, ὀργὴν, ἐπιθυμίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, περὶ ὧν εἰρήκαμεν πρότερον. ¶ 3. Ἕξεις δὲ, ἀρετὰς, καὶ κακίας· εἴρηται δὲ καὶ περὶ τούτων πρότερον, καὶ ποῖα προαιροῦνται ἕκαστοι, καὶ ποίων πρακτικοί. 4. Ἡλικίαι δέ εἰσι νεότης, καὶ ἀκμὴ, καὶ γῆρας. 5. Τύχην δὲ λέγω, εὐγένειαν, καὶ πλοῦτον, καὶ δυνάμεις, καὶ τἀναντία τούτοις, καὶ ὅλως εὐτυχίαν, καὶ δυστυχίαν. ¶ 6. Οἱ μὲν οὖν νέοι, τὰ ἤθη εἰσὶν ἐπιθυμητικοὶ, καὶ οἷοι ποιεῖν ὧν ἂν ἐπιθυμήσωσι· καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν, μάλιστα ἀκολουθητικοί εἰσι τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια, καὶ ἀκρατεῖς ταύτης· εὐμετάβολοι δὲ καὶ ἁψίκοροι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας· καὶ σφόδρα μὲν ἐπιθυμοῦσι ταχὺ δὲ παύονται· ὀξεῖαι γὰρ αἱ βουλήσεις, καὶ οὐ μεγάλαι, ὥσπερ αἱ τῶν καμνόντων δίψαι καὶ πεῖναι. 7. Καὶ θυμικοὶ, καὶ ὀξύθυμοι, καὶ οἷοι ἀκολουθεῖν τῇ ὁρμῇ· καὶ ἥττους εἰσὶ τοῦ θυμοῦ· διὰ γὰρ φιλοτιμίαν οὐκ ἀνέχονται ὀλιγωρούμενοι, ἀλλ' ἀγανακτοῦσιν, ἂν οἴωνται ἀδικεῖσθαι. 8. Καὶ φιλότιμοι μέν εἰσι, μᾶλλον δὲ φιλόνικοι· ὑπεροχῆς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἡ νεότης· ἡ δὲ νίκη,

MOribus *autem* Quales quiq; sint, secundùm affectus *suos*, & habitus, & ætates, & fortunas, deinceps explicemus. ¶ 2. [1] Ac affectus quidem dico, iram, cupiditatem, & talia, de quibus diximus priùs. ¶ 3. [2] Habitus verò, virtutes, & vitia: Dictum autem est a & de his superius, b & Qualia *sibi* singuli *gerenda* præeligant, & Qualium faciendorum studio teneantur. 4 [3] Ætates autem sunt, juventus, & virilis ætas, & senectus. 5. [4] Fortunas verò dico, nobilitatem, & divitias, & potentiam, & his contraria; & omninò *valde* prosperam, adversamque fortunam. ¶ 6. c Ac juvenes quidem moribus [1] sunt cupidi, & parati ad ea efficienda, quæ concupiverint; & ex *omnibus* corporis cupiditatibus, *ejus* præcipue sectatores sunt, quæ in *rebus* venereis *est*, & in hâc *potissimum sunt* incontinentes: d Verum *in horas sunt* mutabiles, & fastidiosi in cupiditatibus; Et valde quidem concupiscunt, celeriter verò sedantur: Acutæ enim voluntates *eis sunt*, & non magnæ *seu diuturnæ*; Cujusmodi *sunt* ægrotantium fames, & sitis. 7. [2] Et *levioribus de causis* excandescentes & in excandescendo acres, & parati ad impetum *animi* sequendum; Et *qui* ab iracundiâ *perpetuò* vincuntur: Nam propter honoris studium *quo flagrant*, haud patiuntur *se* parvi duci; sed graviter ferunt, si existiment *se* injuriâ affici. 8. [3] Et studiosi honoris *quidem sunt*, sed magis victoriæ: Excellentiã enim appetit juventus: victoria verò, excel-

Mores Audientium comitantur ipsorum.

1 *Affectib. iræ, amicitiæ*, &c. quarum formas exposuit hoc lib.

2 *Habitibus vitiorum & virtutum*: quarum dictæ sunt,

a Tum *Definitiones*, lib. 1. c. 9.

b Tum *Actiones & objecta* lib. 1. cap. 7. p. 26. unde mores earum facile haurias.

3 *Ætatib. Adolescentiæ*; *Virilis ætatis*; & *Senii*.

4 *Fortunis*, ut *nobilitati*, *divitiis*, &c.

c A 3° genere orsi, dicamus de *moribus Juvenum*:

1 Rat. *cupiditatum*, *Inflammati* quidem sunt, & *prompti ad aggrediendum* quæ cupiunt: & inter cupiditates corporis, *libidini* præsertim *inserviunt*, &c.

d Verum *in iisdem mutabiles* sunt, & ad fastidium statim satiati; & *primum valde* cupiebant; *mox* autem *cessant*, omnisq; animi ardor extinguitur.

2 Rat. *Iræ*; qua *subito accenduntur*; facileque feruntur, *quo duxerit furor*; cui resistere nesciunt.

3 *Victoriam potius* expetunt *quam honorem*: Neque enim placet honor, nisi æquales in eo vicerint, & illorum habeantur principes, &c.

e *Pecuniæ* autem, & rei augendæ *studiosi nullo modo* sunt; quia non intellexerunt, quàm *dura* sit *eorum sors*, *quæ divitibus cogit* esse *supplices*.

4 Rat. *veritatis*, form. ex Plat. 3. de Rep. 1 Non sunt illi *interpretes in malam partem*, sed *fatui*; ut iis vafri imponant facilè.

2 Verbis *omnium temerè credunt*.

5 Rat. Spei; 1 *Omnia sibi pollicentur*, Tùm *ob fervorem*, quo nihil non designat juventus, ut & ebrietas:

* Tùm *quia nondum sæpè in negotijs* capessendis *frustrati* sunt, aut repulsam passi.

2 *Spem sibi* in vitâ propositam *habent*, *omnium actionum ducem*.

f Hinc, etiam *facilè in laqueos inducuntur*.

* Rat. ex par. 12.

6 *Fortitudine adumbratâ* præditi sunt, quæ *geminam radicem habet*;

* *Iracundiam* ex partic. 7.

* Et *Spem* ex part. 12.

7 *Valdè pudibundi* sunt; Quia, *cùm verè-turpia nescientes, nihil nisi in opinione honestum putent*; *si quandò contra id peccent*, *erubescunt*.

8 *Elato sunt animo*: 1 Quia (ex part. 12.) *nondum eos vita humiliter sentire* docuit, neque rerum *necessariarum cura*, *spiritus fregit*,

2 Quia, quod magnanimi solent, *de se præclarè sentiunt*.

9 Propositis 2bus, *dignitatem sequuntur*, *utilitatem repudiant*: Quia *virtuti* (quæ dignitatem spectat) inserviunt, *non* autem *rationi subductæ*, quæ ad utilitatem vocat.

10 *Officiosi* sunt, & *amicorum commodis obsequuntur* magis, quàm reliquæ ætates:

excellentia quædam *est*. Et ambo hæc (*studiosi honoris sc. & victoriæ*) magis, quam studiosi pecuniarum. 9. [e] Studiosi autem pecuniarum non *sunt*; *nimirum*, quia *per ætatem* nondum indigentiam experti sunt, quemadmodum Pittaci se habet Apophthegma in Amphiaraum. 10. [4] Et [1] non malitiosi, sed simplices; quia nondum multa flagitia conspexerunt. 11. Et [2] creduli, contra Epicharmi præceptum; quia nondùm in multis decepti sunt. 12. [5] Et [1] bonæ spei pleni: Ut enim temulenti; sic juvenes sunt per naturam fervidi: * Simul verò, etiam quia nondùm multos casus adversos senserint: [2] Et vivunt ut plurimùm spe: Nam spes futuri est; memoria verò præteriti: Juvenes autem, futuri, multum *habent*, præteriti verò, parum: Primis enim *vitæ suæ* temporibus, *ob brevitatem illam se* meminisse nihil arbitrantur; sperare autem omnia, *ob ætatē, quam pollicentur longam*. 13. [f] Et idonei sunt, qui facile decipiantur, ob id quod dictum est: * Sperant enim facilè. 14. [6] Et fortiores: * Iracundi enim *sunt*, & * bonæ spei pleni; quorum, illud, ut ne metuant; hoc ut confidant efficit: Neque enim quisquam, dùm irascitur, metuit; & sperare aliquid boni, afferendæ confidentiæ vim habet. 15. [7] Et verecundi: Nondùm enim honesta alia existimant, nisi quæ à lege, *& moribus* solùm eruditi *didicerunt*. 16. [8] Et magnanimi: [1] Nondum enim à vita depressi sunt, sed necessitatum, *quibus vita premitur*, experientiam non habent; [2] Et existimare se dignum esse magnis rebus, magnanimitas *est*: Hoc autem, *est hominis* bonam spem habentis; *qualem, juvenem esse suprà docuimus*. 17. [9] Et magis eligunt *res* agere honestas, quàm utiles: Moribus enim *bonis* vitam instituunt magis, quam ratiocinatione: Est autem, ratiocinatio, ejus quod utile est; virtus verò, *ejus* quod honestum. 18. [10] Et studiosi amicorum, atque sodalium magis,

ὑπεροχή τις· καὶ ἄμφω ταῦτα μᾶλλον, ἢ φιλοχρήματοι. 9. Φιλοχρήματοι δὲ, ἥκιστα, διὰ τὸ μήπω ἐνδείας πεπειρᾶσθαι· ὥσπερ τὸ Πιττακοῦ ἔχει ἀπόφθεγμα εἰς Ἀμφιάραον. 10. Καὶ οὐ κακοήθεις, ἀλλ' εὐήθεις, διὰ τὸ μήπω τεθεωρηκέναι πολλὰς πονηρίας. 11. Καὶ εὔπιστοι, διὰ τὸ μήπω πολλὰ ἐξηπατῆσθαι. 12. Καὶ εὐέλπιδες· ὥσπερ γὰρ οἱ οἰνωμένοι *, οὕτω διάθερμοί εἰσιν οἱ νέοι ὑπὸ τῆς φύσεως· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ μήπω πολλὰ ἀποτετυχηκέναι· καὶ ζῶσι τὰ πλεῖστα ἐλπίδι· ἡ μὲν γὰρ ἐλπὶς, τοῦ μέλλοντός ἐστιν· ἡ δὲ μνήμη, τοῦ παρεληλυθότος· τοῖς δὲ νέοις, τὸ μὲν μέλλον, πολύ· τὸ δὲ παρεληλυθὸς, βραχύ· τῇ γὰρ πρώτῃ ἡμέρᾳ, μεμνῆσθαι μὲν οὐδὲν οἴονται, ἐλπίζειν δὲ πάντα. 13. Καὶ εὐεξαπάτητοί εἰσι διὰ τὸ εἰρημένον· ἐλπίζουσι γὰρ ῥᾳδίως. 14. Καὶ ἀνδρειότεροι· θυμώδεις † γὰρ καὶ εὐέλπιδες· ὧν, τὸ μὲν, μὴ φοβεῖσθαι, τὸ δὲ, θαῤῥεῖν ποιεῖν· οὔτε γὰρ ὀργιζόμενος οὐδεὶς φοβεῖται ||· τό, τε ἐλπίζειν ἀγαθόν τι, θαῤῥαλέον ἐστί. 15. Καὶ αἰσχυντηλοί· οὐ γάρ πω καλὰ ἕτερα ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλὰ πεπαίδευνται ὑπὸ τοῦ νόμου μόνον. 16. Καὶ μεγαλόψυχοι· οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ βίου οὔπω τεταπείνωνται, ἀλλὰ τῶν ἀναγκαίων * ἄπειροί εἰσι· καὶ τὸ ἀξιοῦν αὑτὸν μεγάλων, μεγαλοψυχία †· τοῦτο δ', εὐέλπιδος ||. 17. Καὶ μᾶλλον αἱροῦνται πράττειν τὰ καλὰ, τῶν συμφερόντων· τῷ γὰρ ἤθει ζῶσι μᾶλλον, ἢ τῷ λογισμῷ· ἔστι δ', ὁ μὲν λογισμὸς, τοῦ συμφέροντος· ἡ δὲ ἀρετὴ, τοῦ καλοῦ. 18. Καὶ φιλόφιλοι, καὶ φιλεταῖροι μᾶλλον τῶν

* *Conjun. sect.* 30. *Probl.* 1.

† *Conjum.* 3. *Ethic. cap.* 11.

|| *Conjun' supra. ca.* 3. *par.* 12.

* *Conjnn.* 4. *Ethic. cap.* 8.

† *Conjum.* 4. *Ethic. cap.* 7.

|| *Vide suprà pa.* 12.

τῶν ἄλλων ἡλικιῶν, διὰ τὸ χαίρειν τῷ συζῆν, καὶ μήπω πρὸς τὸ συμφέρον κρίνειν μηδέν· ὥστε μηδὲ τοὺς φίλους. 19. Καὶ ἅπαντα ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ σφοδρότερον ἁμαρτάνουσι παρὰ τὸ Χιλώνειον· πάντα γὰρ ἄγαν πράττουσι· φιλοῦσί τε γὰρ ἄγαν, καὶ μισοῦσιν ἄγαν, καὶ τἄλλα πάντα ὁμοίως· οἴ καὶ εἰδέναι πάντα οἴονται, καὶ διισχυρίζονται· τοῦτο γὰρ αἴτιόν ἐστι καὶ τοῦ πάντα ἄγαν. 20. Καὶ τὰ ἀδικήματα ἀδικοῦσιν εἰς ὕβριν, καὶ οὐ κακουργίαν. 21. Καὶ ἐλεητικοί, διὰ τὸ πάντας χρηστοὺς καὶ βελτίους ὑπολαμβάνειν· τῇ γὰρ αὑτῶν ἀκακίᾳ τοὺς πέλας μετροῦσιν· ὥστ' ἀνάξια πάσχειν ὑπολαμβάνουσιν αὐτούς. 22. Καὶ φιλογέλωτες· διὸ καὶ εὐτράπελοι· ἡ γὰρ εὐτραπελία πεπαιδευμένη ὕβρις ἐστί· τὸ μὲν οὖν τῶν νέων, τοιοῦτον ἦθός ἐστιν·

quam cæteræ ætates; [1] quia gaudent hominum convictu, [2] nec dum quicquam utilitate metiuntur: Quare ne amicos *quidem*. 19. [11] Et *quæcunque peccant*, in eo quod majus, & vehementius, peccant; contra illud Chilonis *præceptum:* Omnia enim nimis, *&* *præter modum* agunt: [g] Nam & amant nimis, & nimio odio habent, & alia omnia similiter: [h] *Quippe* qui etiam *se* scire omnia putant, & confidenter *rem* asseverant: Hæc enim causa est, cur etiam omnia nimis, *& præter modum ab illis agantur*. 20. [12] Et injurias inferunt ad contumeliam, non autem ad malitiam. 21. [13] Et misericordes *sunt erga omnes*; quia omnes frugi, & meliores *quam vere sunt*, *esse* existimant: Suâ enim ipsorum innocentiâ, cæteros metiuntur: Quare indigna pati existimant ipsos, *qui res patiantur adversas*. 22. [14] Et studiosi *sunt* risus: * Quamobrem etiam *sunt* faceti: Nam facetiæ erudita contumelia sunt. Ac Juvenum quidem tales sunt mores.

Rat. 1. Quia *cum familiaribus* simul *vivere* amant:

2. Ex par. 17. *Neque enim amicos*, ut nec res cæteras, *utilitate probant*.

11 *Peccant in eo, quod nimium*, non, quod parum: contra Chilonis dictum, μηδὲν ἄγαν

g Exempl. gr. *Amant vel oderunt nimis*; quod Neptunus in Minerva reprehendit; Euripid. Troad.

b Causa hujus: Cum n. *omnia sibi nota* esse, *nec se labi posse* credant, hinc fit, ut *nihil timidè*, *nec* omnia *nisi impendio* faciant.

12 *Injuriis suis, dignitatem* aliorum violant *potius*, quam *rei familiari* detrahunt.

13 *Misericordiâ* facile *commoventur*:

Quia, ex par. 10. cunctos putant esse bonos; quod solent misericordes, cap. 10. par. 9.

14 *Risum amant*: * Unde, & *jocis etiam alios*, tanquam contumeliam facetâ *ludunt*: Juvenes autem contumeliosi fuerunt, par. 20.

De Moribus senum.

CAP. XV.

Οἱ δὲ πρεσβύτεροι καὶ παρηκμακότες, σχεδὸν ἐκ τῶν ἐναντίων τούτοις τὰ πλεῖστα ἔχουσιν ἤθη· διὰ γὰρ τὸ πολλὰ ἔτη βεβιωκέναι, καὶ πλείω ἐξηπατῆσθαι, καὶ ἡμαρτηκέναι· καὶ τὰ πλείω φαῦλα εἶναι τῶν πραγμάτων, οὔτε διαβεβαιοῦνται οὐδέν· ἧττόν τε ἄγαν ἅπαντα, ἢ δεῖ· καὶ οἴονται, ἴσασι δὲ οὐδέν· καὶ ἀμφισβητοῦντες, προστιθέασιν ἀεὶ τὸ ἴσως καὶ τάχα· καὶ πάντα λέγουσιν οὕτω, παγίως δὲ, οὐδέν. 2. Καὶ κακοήθεις εἰσίν· ἔστι γὰρ κακοήθεια, τὸ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν

[a] SEniores verò, & qui vigorem *ætatis* amiserunt, fere ex iis quæ his sunt contraria, plerosque habent mores: 1 Quia enim multorum annorum vitam duxerunt, & *aliorū culpâ* in pluribus decepti, & *suâ imbecillitate* lapsi sint; [b] Et *quia* rerum *humanarum* maxima pars vitiosa est: [c] Idcirco, cum nihil constanter constituunt, tum omnia minus vehementer, quam oportet & Putant *sc.* (sciunt autem nihil;) & controvertantes *de rebus*, semper adjungunt Forsan & Fortasse: Atque omnia sic proferunt, asseveranter autem nihil. 2. [2] Et ingenii mali sunt: Est enim malum ingenium, omnia in pejorem partem inter-

a Mores senum, magnâ ex parte sunt *juvenum morib. contrarii*:

1 Ex eo *quod sæpe*, & aliorum fraude, & suo errore, *male egerint*:

b Et *quia in reb.* humanis *nihil* invenitur *sinceri*:

c Hinc, *ipsi lenti & gelidi nimis* sunt *in rebus judicandis, & enunciandis*; contra illud juvenum, cap. præc. par. 19.

2 *Malevoli, ac pravi* contr. par. 10. *In rebus* enim æstimandis, *semper ad deterrimum* feruntur.

interpretari. 3. [d] Præterea verò, malorum *timentes*, *& suspiciosi* sunt, quia increduli *:* e Et increduli *sunt* : quia ex rerum usu periti. 4. [f] Et neq; magno amore, neque magno odio prosequuntur, propter eandem *causam*; sed ex Biantis præcepto, & amant tanquàm *aliquando* osuri, & odio habent tanquàm amaturi, 5. [3] Et Pusillanimi; quia *ex vitæ calamitatibus* depressi, *& fracti sunt* : Neque enim magni neque eximij aliquid cupiunt, sed *ea tantùm*, quæ ad vitam *sustentandum sunt necessaria*. 6. [4] Et illiberales: [1] Ex ijs enim quæ ad *vitam* necessaria *sunt*, unum quiddam *est* Patrimoniū: [2] Simul verò, etiam propter experientiam callent, quàm difficilis sit pecuniæ acquisitio, & quàm facilis amissio. 7. [5] Et timidi & omnia prætimentes *:* Contrario enim modo affecti sūt, ac juvenes: Refrigerati enim sunt *hi*; at illi, calidi sunt : Quare *viam nobis* timiditati aperuit senect⁹: Nam timor, refrigeratio quædam est. 8. [6] Et vivendi cupidi, ac præsertim in postrema vitæ die; [g] propterea quòd rei absentis est cupiditas; [h] & cujus quidē *rei homines sunt* indigentes, id maximè cupiunt. 9. [7] Et sui amantes magis, quàm oportet *:* Pusillanimitas enim quædam etiam hæc *est*, *se amor sui*. 10. Et ad [8] utile vivunt magis, quàm par est, (non autem ad honestum;) [i] eò quòd sui ipsorum amantes sunt: utile enim, ipsi *homini privato* bonum est, honestum verò, simplicitèr *& in genere*. 11. [9] Et inverecundi potiùs, quàm verecundi: [k] Nam quia, *ætatis vitio* non curant similitèr honestum, & utile, parvifaciunt, quid *alii de ipsis* opinentur. 12. [10] Et in *negotiis* malæ spei *sunt*; cùm propter *ipsam rerū* experientiā: ([1] Nam [1] ut plurimùm res *humanæ*, malæ sunt *:* Ruunt igitur plerumque in pejus *:*) [2] Tùm etiam propter *animi* timiditatem: [m] Et vivunt memorâ magis quàm spe *:* Nam vitæ quod reliquum *est*, exiguum *est*;

ἄπαντα. 3. Ἔτι δὲ κακύποπτοί εἰσι διὰ τὴν ἀπιστίαν ἄπιστοι δὲ, δι' ἐμπειρίαν. 4. Καὶ οὔτε φιλοῦσι σφόδρα, οὔτε μισοῦσι διὰ ταῦτα· ἀλλὰ κατὰ τὴν Βίαντος ὑποθήκην, καὶ φιλοῦσιν ὡς μισήσοντες, καὶ μισοῦσιν ὡς φιλήσοντες. 5. Καὶ μικρόψυχοι, διὰ τὸ τεταπεινῶσθαι ὑπὸ τοῦ βίου· οὐδενὸς γὰρ μεγάλου, οὐδὲ περιττοῦ, ἀλλὰ τῶν πρὸς τὸν βίον ἐπιθυμοῦσι. 6. Καὶ ἀνελεύθεροι· ἓν γάρ τι τῶν ἀναγκαίων ἡ οὐσία· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἴσασιν, ὡς χαλεπὸν τὸ κτήσασθαι, καὶ ῥᾴδιον τὸ ἀποβαλεῖν. 7. Καὶ δειλοί, καὶ πάντα προφοβητικοί· ἐναντίως γὰρ διάκεινται τοῖς νέοις· κατεψυγμένοι γάρ εἰσιν· οἱ δὲ, θερμοί· ὥστε προωδοπεποίηκε τὸ γῆρας τῇ δειλίᾳ *· καὶ γὰρ ὁ φόβος, κατάψυξίς τίς ἐστι. 8. Καὶ φιλόζωοι, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ †, διὰ τὸ τοῦ ἀπόντος εἶναι τὴν ἐπιθυμίαν· καὶ οὗ δὲ ἐνδεεῖς, τοῦτο μάλιστα ἐπιθυμοῦσι. 9. Καὶ φίλαυτοι μᾶλλον ἢ δεῖ· μικροψυχία γάρ τις καὶ αὕτη. 10. Καὶ πρὸς τὸ συμφέρον ζῶσιν (ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ καλὸν) μᾶλλον ἢ δεῖ, διὰ τὸ φίλαυτοι εἶναι· τὸ μὲν γὰρ συμφέρον, αὐτῷ ἀγαθόν ἐστι· τὸ δὲ καλὸν, ἁπλῶς. 11 Καὶ ἀναίσχυντοι μᾶλλον ἢ αἰσχυντηλοί· διὰ γὰρ τὸ μὴ φροντίζειν ὁμοίως τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος, ὀλιγωροῦσι τοῦ δοκεῖν. 12. Καὶ δυσέλπιδες, διὰ τὴν ἐμπειρίαν· τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν πραγμάτων φαῦλά ἐστιν· ἀποβαίνει γοῦν τὰ πολλὰ ἐπὶ τὸ χεῖρον· καὶ ἔτι διὰ τὴν δειλίαν· καὶ ζῶσι τῇ μνήμῃ μᾶλλον, ἢ τῇ ἐλπίδι· τοῦ γὰρ βίου, τὸ μὲν λοιπὸν, ὀλίγον· τὸ

* Conjun. sex. 30. Probl. 1.

† Conjun. 4. de Par. animal.

d Item, ex omni negotio *mala habent suspecta*; contra cap. pr. pao. 10.

e Et *nemini credunt*; contra par. 11.

f Ob rerum usum *etiam*, *remissè* leniterque *amant*, *atque oderunt*; (contra par. 19.) quà in re Biantis dicto sunt audientes.

3 *Parvo animo sunt* : Longa enim *ætas spiritus* ipsorum *fregit*, &c. ità ut *nibil* amplum, nisi quæ *vitæ necessaria* sunt, *cogitent* : contra illud ca. pr. par. 16.

4 *Sordido & minuto animo sunt* : 1 Quia (ex partic. præc.) *inter* vitæ *necessaria* (quæ potissimùm cogitant) *præcipuum est*, *res familiaris*.

2 Qui (ex p. 3.) ex usu *noverunt*, quàm *ægre quæratur* res, quàm *facile dilabatur*.

5 *Timori obnoxii*, cuncta *prius* mala *expectant*, *quàm advenerint* : Contrà enim, corpus temperatum habent, ac juvenes, par. 12. Illi, *ferventes*; hi, *gelidi* : Frigidum autem temperamentum timori viam aperit.

6 *Vitam protractiorem cupiunt*; potissimùm in extremo limite; quia

g Et *illa nunc quasi remota est*;

h Et ipsi *eàdem* jam *ferè spoliati*.

7 *Nimis se ac res suas amant*: Quia (ex p. 5) sunt pusillanimi.

8 In vitæ ratione *proprium commodum* sequuntur, *dignitatem relinquunt* (contra cap. præ. par. 17.)

i Quia (ex part. 9.) *amantes* sunt *sui*.

9 *Parum pudibundi*; (contra cap. præ. par. 15.

k Rat. ex for. præcedent. Non quia turpia faciunt, sed *quia commodum sectantes*, suâ *parum interesse* putant, *qui qualesve* habeantur.

10 *Ægre adduci possunt*, *ut alant spem bonam* (contra ca. pr. p. 12.)

l Rat. 1, *à natura*, *& infirmitate* rerum :

2. *Ab ipsorum timiditate* : Unde desperatio.

m Item, *actiones magis* dirigunt *ad cogitationem præ-*

τὸ δὲ παρεληλυθὸς, πολύ· ἔστι δὲ, ἡ μὲν ἐλπὶς, τοῦ μέλλοντος· ἡ δὲ μνήμη, τῶν παρῳχομένων *. 13. Ὅπερ αἴτιον καὶ τῆς ἀδολεσχίας αὐτοῖς· διατελοῦσι γὰρ τὰ γενόμενα λέγοντες· ἀναμιμνησκόμενοι γὰρ ἥδονται. 14. Καὶ οἱ θυμοὶ, ὀξεῖς μέν εἰσιν, ἀσθενεῖς δέ. 15. Καὶ αἱ ἐπιθυμίαι, αἱ μὲν ἐκλελοίπασιν, αἱ δὲ ἀσθενεῖς· ὥστε οὔτε ἐπιθυμητικοὶ, οὔτε πρακτικοὶ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ κατὰ τὸ κέρδος· διὸ σωφρονικοὶ φαίνονται οἱ τηλικοῦτοι· αἵ τε γὰρ ἐπιθυμίαι ἀνείκασι, καὶ δουλεύουσι τῷ κέρδει. 16. Καὶ μᾶλλον ζῶσι κατὰ λογισμὸν, ἢ κατὰ τὸ ἦθος· ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς, τοῦ συμφέροντος· τὸ δὲ ἦθος, τῆς ἀρετῆς ἐστί. 17. Καὶ τἀδικήματα ἀδικοῦσιν εἰς κακουργίαν, οὐκ εἰς ὕβριν. 18. Ἐλεητικοὶ δὲ καὶ οἱ γέροντές εἰσιν, ἀλλ' οὐ διὰ ταὐτὸ τοῖς νέοις· οἱ μὲν γὰρ, διὰ φιλανθρωπίαν· οἱ δὲ, δι' ἀσθένειαν· πάντα γὰρ οἴονται ἐγγὺς εἶναι αὐτοῖς παθεῖν· τοῦτο δ' ἦν ἐλεητικόν †. 19. Ὅθεν, ὀδυρτικοί εἰσι, καὶ οὐκ εὐτράπελοι, οὐδὲ φιλογέλοιοι· ἐναντίον γὰρ τὸ ὀδυρτικὸν τῷ φιλογέλωτι. Τῶν μὲν οὖν νέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τὰ ἤθη τοιαῦτα. 20. Ὥστ' ἐπεὶ ἀποδέχονται πάντες τοὺς τῷ σφετέρῳ ἤθει λεγομένους λόγους, καὶ τοὺς ὁμοίους, οὐκ ἄδηλον πῶς χρώμενοι τοῖς λόγοις, τοιοῦτοι φαίνονται καὶ αὐτοὶ, καὶ οἱ λόγοι.

* *Conjun. lib. de Memo. & Rem.*

†*Cap.* 10. *par.* 1.

præteritum verò, multum: Est autem spes, futuri; memoria verò, præteritorum. 13. [m] Id quod ipsis, causa *est* etiam loquacitatis: Narrant enim perpetuo *ea quæ superioribus annis facta sunt*: Nam *præteritorum* recordatione voluptatē percipiūt. 14. [11] Et *illorum* excandescentiæ subitæ quidē, *&* *acres* sunt; verum imbecillæ. 15. [12] Et cupiditates partim *jam* defecerunt, partim verò debiles *sunt*: Quare [n] neque cupidi *sunt*, [o] neque ad res gerendas parati, propter cupiditatem; sed propter lucrum: [p] Quamobrem *etiam* temperantes apparent *esse* ii, qui ad tantum ætatis pervenêre: Nam & cupiditates *istis* remiserunt; & serviunt *ipsi*, lucro. 16. [13] Et magis vivunt ratiocinatione, quam *bonis* moribus: [q] Ratiocinatio enim *est* ejus, quod utile *est*: Mores verò, virtutis sunt. 17. [14] Et injurias inferre *solent* ad malitiam, non ad contumeliam. 18. [15] Misericordes verò etiam senes sunt *in tragœdiis alienis*, sed non eâdem de causâ, ac juvenes: Illi enim, ob humanitatem; *quia nollent quenquam malo premi*; hi verò, ob *animi* imbecillitatem, *quia sibi metuunt*: Omnia enim *mala* sibi proxima ad patiendum esse putant: Hæc autem erat misericordis *definitio*. 19. [r] Unde, *etiam* queruli sunt, & non faceti, nec studiosi ridiculorum: Contraria enim *sunt*, querulum esse, & studiosum risus. Ac juvenum quidem, & seniorum, hujuscemodi *sunt* mores. 20. [f] Quare, quoniam omnes benigne accipiunt *&* orationes eas, quæ ipsorum moribus accommodantur, & *oratores illos*, qui *ipsis sunt* similes; non incertum *est*, quemadmodum *Auditoribus* tales appareant, tum *oratores ipsi*, quando orationes habeant, tum orationes *etiam ipsæ*, *quæ habentur*.

teritorum, quam *ad spem futurorum*: (contra cap. præ. par. 12.)

m Unde & *loquaciores* sunt: *Res* enim *præteritas*, quas crebro in vita viderunt, cum voluptate reminiscentes, *nunquam cessant dicere*.

11 *Iræ illorum acutæ*, *sed languidæ*: nec tantam vim habent, ut ad exitum perducant: contra illud cap. præ. par. 7.

12 *Cupiditates* iis *jam discussæ* sunt; & siquæ adhuc restent, oblanguêre: Ita ut *n* *neque iis flagrent*; contra cap. præ. par. 6.

o Neque *impulsu earundem ferantur*, sed hortatu commodi & lucri.

p Unde, *Maturiores ætate*, *ad temperantiam* videntur facti.

13 *Magis se ratiocinationi adplicant*, ad utilitatem; *quam innatis moribus*, ad virtutem; contra cap. pr. pa. 17.

q Rat. ex part. præced. & par. 10. 14. *Injuriis*, *patrimonium potius*, *quam dignitatem* violant: contra cap. pr. par. 20.

15. *Consentiunt cum juvenibus*, cap. præced. par. 21. quod *misericordiâ tanguntur*; sed disparibus de causis, *&c*.

r Hinc, senes *morosi sunt*, *&* *res suas malas declamitant*; *non* autem *comice alios tangunt*, *nec risum* studiose *captant*; uti juvenes, cap. præc. par. 22.

f Ex *dictis* juvenum moribus *is fructus* percipitur; ut cum apud tales homines dicendum sit; *illorum moribus orationi* tuæ *insertis*, & *te illis acceptiorem*, & *orationem fide digniorem* facias.

De Moribus virorum, seu vigentis ætatis

Cap. XVI.

a Mores *vigentium*, *medii* sunt, *&c.*

1, Quòd *nimium in utraque ætate* est, *abjicientes*, certum *modum teneant*; ex. gr.

b In *fortitudine* quæ θάῤῥος dicitur, quam in *rebus terribilibus* moderate se gerunt.

c In *credulitate*; fidem iis, quibus habenda est, habentes.

d In *ratiocinatione*; Tam ad honestum, quam ad utile se adplicant.

e In *liberalitate*; sequuntur id, quod personis, temporibus, & locis congruit.

2 Cum *senes* ipsi *temperantiam* timori, *juvenes fortitudinem* intemperantiæ adjunxerint:

f *Virilis* ætas, abjectis iis vitiis, *fortitudinem cum temperantia* conjunctam habet.

g Omninò, Constans ætas, *virtutes quidem eas*, quas *juventus*, & *senium seorsim* vendicant, *complicatas habet*: uti vidimus, par. 6.

h *Vitia* verò, & excessus *juventutis & senii*, *ad mediocritatem* quandam *reducit*; ut hab. à partic. 3. ad 6.

i *Tempus virilis ætatis*, plerunque quoad[l] *statum corporis*, est ab annis 30. ad 35.

k Quoad *viriditatem animi*, ab annis 30. ad 49.

a MAnifestum autem *ex dictis est*, *viros*, ætate vigentes, 1 inter hos, *senes*, *& juvenes* (fore) moribus interjectos, utrorumque exuperantiam auferentes. 2. [b] *Utpote*, neque nimium confidentes; (Id enim audacia *est*;) neque nimium metuentes; verum *se* recte habentes ad utrumque. 3. [c] Neque omnibus *temere* credentes; neque omnibus non credentes; sed ex veritate judicantes magis. 4. [d] Et neque ad honestum viventes duntaxat; neq; ad utile; sed ad utrumque. 5. [e] Et neque ad *immodicam* parsimoniam, neq; ad luxuriam, sed ad id quod convenit. 6. [2] Similiter verò etiam ad excandescentiam, & ad cupiditatem *se habentes*: Et temperantes cum fortitudine *sunt*, & fortes cum temperantia: f Hæc enim inter juvenes, & senes distributa sunt: Nam juvenes quidem, fortes sunt, & intemperantes; seniores verò temperantes, & timidi. 7. [g] Ut autem in universum dicam, quæcunque commoda *inter se* distribuerunt juventus, & senectus, ea *ipsi viri* conjuncta *in se* habent; [h] Quæcunque verò *apud senes & juvenes* excedunt, aut deficiunt, eorum quod moderatum *est*, & conveniens, *à viris retinetur*. 8. [i] Viget autem, corpus quidem, à triginta annis usque ad quinque & triginta; [k] animus verò, circiter undequinquaginta. Ac de juventute quidem, & senectute, & ætate vigente, Quales mores quæque *ætas sibi proprios* habeat, tam multa *jam* dicta sunt.

Οἱ δὲ ἀκμάζοντες, φανερὸν ὅτι μεταξὺ τούτων τὸ ἦθος ἔσονται, ἑκατέρων ἀφαιροῦντες τὴν ὑπερβολήν. 2 Καὶ οὔτε σφόδρα θαρροῦντες· θρασύτης γὰρ τὸ τοιοῦτον· οὔτε λίαν φοβούμενοι, καλῶς δὲ πρὸς ἄμφω ἔχοντες. 3. Οὔτε πᾶσι πιστεύοντες, οὔτε πᾶσιν ἀπιστοῦντες, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀληθὲς κρίνοντες μᾶλλον. 4. Καὶ οὔτε πρὸς τὸ καλὸν ζῶντες μόνον, οὔτε πρὸς τὸ συμφέρον, ἀλλὰ πρὸς ἄμφω. 5. Καὶ οὔτε πρὸς φειδὼ, οὔτε πρὸς ἀσωτίαν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἁρμόττον. 6. Ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς θυμὸν, καὶ πρὸς ἐπιθυμίαν· καὶ σώφρονες μετ᾽ ἀνδρείας, καὶ ἀνδρεῖοι μετὰ σωφροσύνης· ἐν γὰρ τοῖς νέοις καὶ τοῖς γέρουσι διῄρηται ταῦτα· εἰσὶ γὰρ οἱ μὲν νέοι, ἀνδρεῖοι καὶ ἀκόλαστοι· οἱ δὲ πρεσβύτεροι, σώφρονες καὶ δειλοί. 7. Ὡς δὲ καθόλου εἰπεῖν, ὅσα μὲν διῄρηται ἡ νεότης, καὶ τὸ γῆρας τῶν ὠφελίμων, ταῦτα ἄμφω ἔχουσιν· ὅσα δ᾽ ὑπερβάλλουσιν, ἢ ἐλλείπουσι, τούτων τὸ μέτριον καὶ τὸ ἁρμόττον. 8. Ἀκμάζει δὲ, τὸ μὲν σῶμα, ἀπὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν, μέχρι τῶν πέντε καὶ τριάκοντα· ἡ δὲ ψυχὴ, περὶ τὰ ἑνὸς δεῖν πεντήκοντα· περὶ μὲν οὖν νεότητος καὶ γήρως καὶ ἀκμῆς, ποίων ἠθῶν ἕκαστον, εἰρήσθω τοσαῦτα.

CAP.

De moribus Fortunatorum, & 1° de moribus Nobilium.

CAP. XVII.

De moribus hominum Nobilium, à Par. 4. *Par. 1. Distinctio nobilis à generoso,*

Περὶ δὲ τῶν ἀπὸ τύχης γιγνομένων ἀγαθῶν, δι' ὅσα αὐτῶν καὶ τὰ ἤθη ποῖα ἄττα συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις, λέγωμεν ἐφεξῆς. 2. Εὐγενείας μὲν οὖν ἦθός ἐστι, τὸ φιλοτιμότερον εἶναι τὸν κεκτημένον αὐτήν· πάντες γὰρ ὅταν ὑπάρχῃ τι, πρὸς τοῦτο σωρεύειν εἰώθασιν· ἡ δὲ εὐγένεια, ἐντιμότης προγόνων ἐστί. 3. Καὶ καταφρονητικὸν, καὶ τῶν ὁμοίων τοῖς προγόνοις τοῖς αὐτῶν· διότι πόῤῥω ταῦτα μᾶλλον ἢ ἐγγὺς γιγνόμενα, ἐντιμότερα καὶ εὐαλαζόνευτα. ¶ 4. Ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν, κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετήν· γενναῖον δὲ, κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς φύσεως. 5. Ὅπερ ὡς ἐπιτοπολὺ οὐ συμβαίνει τοῖς εὐγενέσιν, ἀλλ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ εὐτελεῖς· φορὰ γάρ τίς ἐστιν ἐν τοῖς γένεσιν ἀνδρῶν, ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ τὰς χώρας γιγνομένοις· καὶ ἐνίοτε ἂν ᾖ ἀγαθὸν τὸ γένος, ἐγγίνονται διά τινος χρόνου ἄνδρες περιττοί· κἄπειτα πάλιν ἀναδιδόασιν. 6. Ἐξίσταται δὲ, τὰ μὲν εὐφυᾶ γένη εἰς μανικώτερα ἤθη· οἷον, οἱ ἀπ' Ἀλκιβιάδου, καὶ οἱ ἀπὸ Διονυσίου τοῦ προτέρου. 7. Τὰ δὲ στάσιμα, εἰς ἀβελτερίαν καὶ νωθρότητα· οἷον, οἱ ἀπὸ Κίμωνος καὶ Περικλέους καὶ Σωκράτους.

[a] DE bonis autem, quæ à fortunâ *fiunt*, deinceps dicamus, *non de omnibus*, *sed* illis, ob quæcunque etiam mores cujuſdammodi accidere ſolent hominibus. 2. [b] Ac Nobilitatis quidem mores ſunt, [1] honoris cupidiorem eſſe eum, qui poſſederit ipſam: [c] Omnes enim, cum *boni* aliquid *iis* adſit, ad id *ſemper aliud* accumulare ſoliti ſunt: Nobilitas verò, dignitas *quædam* majorum eſt 3. [2] Et proclivem *eſſe* ad contemnendum etiam eos, qui ſimiles *ſunt* Majoribus ipſorum: Quia hæc *bona*, cum remota *& antiqua* ſint potius, quam cum propinqua, honoratiora *ſunt apud homines*, & ad *ventoſe* gloriandum idonea. ¶ 4. [d] Spectatur autem, Nobile quidem, ex generis *ſeu familiæ* virtute; Generoſum verò, ex eo ut non degeneret à natura. 5. [e] Id quod plerunque non accidit nobilibus; ſed plerique eorum ſunt abjecti: Eſt enim proventus quidam in generibus virorum *magnus*, [f] ſicut in iis *plantis & arboribus*, quæ in agris naſcuntur: [g] Et quandoque, ſi bonum ſit genus, exoriuntur ad aliquod tempus *in eo* viri eximii, [h] & poſteà iterum retrolabitur. 6. [i] Deficiunt verò, ea quidem genera, quæ *excellenti* ingenio prædita *ſunt*, ad mores inſaniores; velut, qui ab Alcibiade, & à Dionyſio priori *oriundi erant*. 7. [k] Ea autem quæ ſtabili, *& temperato ingenio ſunt*, *declinant* ad mores viles, & ſtoliditatem; velut, qui à Cimone, & Pericle, & Socrate.

a De *bonis fortunæ* iis, quorum adventus vel diſceſſus, mores nobis alios alioſque fingit.

b Nobiles igitur, 1, præ aliis *honori ſtudent*.

c Cum enim *majores ſortiti* ſint, *magnis honoribus* uſos; *exaggerare* inſuper *hanc* illi *dignitatem* cupiunt.

2. *Deſpiciunt non ſolum abjectos* homines, *ſed & novos etiam*, qui ad *pares dignitates* pervenerint *cum majoribus* ipſorum.

d *Diſtinguuntur Nobiles à Generoſis*: Nobilitas enim, *in familiæ virtute eſt*; Generoſitas *in eo, ut filii parentum factis* reſpondeant.

e Ac Nobiles ipſi *virtutis fructus ſecus* ferunt, *ac Generoſi*. Nam ut *in terræ ſatis*, ita *in ipſorum familiis*.

f *A primo datur proventus* clarorum virorum *ſatis ferax*:

g Sæpe etiam *in claris familiis* proventus ille *diu durat*:

h Poſtea tamen flacceſcit, homineſque emittit abjectos.

i Degenerant enim familiæ, ſubtilis quidem & acutioris ingenii, in mores concitatos, & quaſi inſanientes.

k Solidi autem & firmi, in tarditatem ac ſtuporem.

De Moribus Divitum.

Cap. XVIII.

a *Opulentorum mores* notatu faciles.

1 *Contumeliosi in alios & superbi*; quia *depravantur sc. amplitudine fortunæ*, quæ *si mediocris* esset, *comes* forsan *fuissent*:

b Nunc *opes adepti*, *omnia se adeptos* putant; quia vulgo sane cætera omnia, divitiarum ratione penduntur.

c Unde & *omnia emere posse illarum ope*, se opinantur.

2 *Delicati*, & *de amplitudine patrimonii gloriantes*:

d Delicati; quia & *deliciis fedant*: & *perbeati* aliis *videri volunt*.

e Gloriantur, &c. stulteque magnifici sunt;

f Et ob *consuetudinem aliorum*, qui solent iis, quæ ipsi mirantur, & animo & corpore immorari:

Et ob *proprias ipsorum opiniones*,

1[a] Quod *alios putant eadem affectare*, *quæ ipsi*:

g Quanquam in hoc *excusationem habent*; siquidem *multi ad eos*, ut adjuventur, *confugere cogantur*.

h Unde, & illa Simonidis vox, melius docuit divitem fieri, quam sapientem.

2[a] *Opinio*; quod *regno dignentur sese*; cum *tenere* putent, ea, *quæ qui possident*, *imperio* videntur *digni*.

3 Omnino, sicubi *fortunatum* videris, *qui præclarâ sorte* uti nescit; qui mores *in illo* sunt, eosdem *in divite* comperies.

i Distinguuntur mores eorum *qui nuper ditati*, & *qui antiquitus*:

1 Quod *magis omnibus vitiis*, & *majoribus depravantur* hii: Modo enim *ditescere*, est disciplinæ esse ejus inscium, quæ *divitias recte uti* præcipit.

2 Quod non malitiose vexant

[a] Divitias qui consequuntur mores, omnibus in promptu est animadvertere: [1] Contumeliosi enim sunt, & superbi; contrahentes *sibi* aliquid, & *immutati* à possessione divitiarum: [b] Sic enim affecti *animo sunt*, ac si *soli* haberent omnia bona: Nam divitiæ, veluti pretium quoddam sunt æstimationis aliorum bonorum. [c] Quamobrem apparet omnia *divitiis* emi posse. 2. [2] Et molles sunt, & in *divitiis ostentandis* occupati: [d] Molles quidem, propter divitias, & ostentationem fœlicitatis suæ. 3. [e] In *divitiis autem ostentandis* occupati, & *indecore* sumptuosi *sunt*; [f] propterea quòd omnes versari solent in ea *re*, quæ amatur, & suspicitur ab ipsis: Et [1] quia existimant earum rerum esse æmulos alios, quarum etiam ipsi. 4. [g] Simul autem & merito sic affecti sunt divites; quia multi sunt, qui *divitias* habentium indigent, *iisque supplices accedunt*: [h] Unde & illud à Simonide dictum est de sapientibus, & divitibus, apud conjugem Hieronis interrogantem, utrum melius *sit*, ut dives *quis* factus esset, quàm ut sapiens? *Ut* dives, respondit: Sapientes enim se videre dixit, in foribus divitum versari. 5. Et [2] *sic affecti sunt*, quia putant *se* dignos esse, qui *aliis* imperent: Se enim habere arbitrantur *ea*, quorum gratiâ æquum *videtur aliis* imperare. 6. [3] Et, ut summatim *dicam*, divitiæ, quasi dementis cujusdam fortunati mores efficiunt. 7. [i] Differunt autem *eorum* mores, qui nuper possederunt, & eorum, qui à Majoribus *acceperunt*, , in eo, quòd omnia magis & pejora mala habent divites novi: Nam quasi inscitia divitiarum est, novum divitem esse. 8. [2] Et injurias

Τῷ δὲ πλούτῳ ἃ ἕπεται ἤθη, ἐπιπολῆς ἐστὶν ἰδεῖν ἅπασιν· ὑβρισταὶ γὰρ καὶ ὑπερήφανοι, πάσχοντές τι ὑπὸ τῆς κτήσεως τοῦ πλούτου· ὥσπερ γὰρ ἔχοντες ἅπαντα τἀγαθὰ, οὕτω διάκεινται· ὁ γὰρ πλοῦτος, οἷον τιμή τις ἐστὶ τῆς ἀξίας τῶν ἄλλων· διὸ φαίνεται πάντα ὤνια εἶναι αὐτοῦ. 2. Καὶ τρυφεροὶ, καὶ σαλάκωνες· τρυφεροὶ μὲν, διὰ τὴν τρυφὴν, καὶ τὴν ἔνδειξιν τῆς εὐδαιμονίας. 3. Σαλάκωνες δὲ καὶ σόλοικοι, διὰ τὸ πάντας εἰωθέναι διατρίβειν περὶ τὸ ἐρώμενον καὶ θαυμαζόμενον ὑπ᾽ αὐτῶν· καὶ τὸ οἴεσθαι ζηλοῦν τοὺς ἄλλους ἃ καὶ αὐτοί. 4. Ἅμα δὲ καὶ εἰκότως τοῦτο πάσχουσι· πολλοὶ γάρ εἰσιν οἱ δεόμενοι τῶν ἐχόντων· ὅθεν καὶ τὸ Σιμωνίδου εἴρηται περὶ τῶν σοφῶν καὶ πλουσίων πρὸς τὴν γυναῖκα τὴν Ἱέρωνος, ἐρομένην, πότερον γενέσθαι κρεῖττον πλούσιον, ἢ σοφὸν, πλούσιον εἰπεῖν· τοὺς γὰρ σοφοὺς ὁρᾷν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις, ἔφη, διατρίβοντας. 5. Καὶ τὸ οἴεσθαι ἀξίους εἶναι ἄρχειν· ἔχειν γὰρ οἴονται, ὧν ἕνεκεν ἄξιον ἄρχειν. 6. Καὶ ὡς ἐν κεφαλαίῳ, ἀνοήτου εὐδαίμονος ἦθος ὁ πλοῦτός ἐστι. 7. Διαφέρει δὲ τοῖς νεωστὶ κεκτημένοις, καὶ τοῖς πάλαι, τὰ ἤθη, τῷ ἅπαντα μᾶλλον καὶ φαυλότερα τὰ κακὰ ἔχειν τοὺς νεοπλούτους· ὥσπερ γὰρ ἀπαιδευσία πλούτου ἐστὶ τὸ νεόπλουτον εἶναι. 8. Καὶ ἀδικήματα ἀδι-

ἀδικοῦσιν, οὐ κακοῦργικά, ἀλλὰ τὰ μὲν, ὑβριστικά· τὰ δὲ, ἀκρατευτικά· οἷον εἰς αἰκίαν, καὶ μοιχείαν.

inferunt non malitiosas, sed partim contumeliosas, partim incontinentiæ plenas; ut quæ ad verberationem, & adulterium spectant.

alios, sed sæpe ob petulantiam peccant, ut *in verberationibus*; sæpe etiam ob intemperantiam & libidinem, ut *in stupris*.

De Morib. Potentium, &c.

Cap. XIX.

De moribus Potentium, Part. 1. & Fortunatorum, à Part. 6.

Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ δυνάμεως σχεδὸν τὰ πλεῖστα φανερά ἐστιν ἤθη· τὰ μὲν γὰρ, τὰ αὐτὰ ἔχει ἡ δύναμις τῷ πλούτῳ· τὰ δὲ, βελτίω. 2. Φιλοτιμότεροι γὰρ καὶ ἀνδρωδέστεροι εἰσι τὰ ἤθη οἱ δυνάμενοι τῶν πλουσίων, διὰ τὸ ἐφίεσθαι ἔργων, ὅσα ἐξουσία αὐτοῖς πράττειν διὰ τὴν δύναμιν. 3. Καὶ σπουδαστικώτεροι, διὰ τὸ ἐν ἐπιμελείᾳ εἶναι, ἀναγκαζόμενοι σκοπεῖν τὰ περὶ τὴν δύναμιν. 4. Καὶ σεμνότεροι ἢ βαρύτεροι· ποιεῖ γὰρ ἐμφανεστέρους τὸ ἀξίωμα· διὸ μετριάζουσιν· ἔστι δὲ ἡ σεμνότης, μαλακὴ καὶ εὐσχήμων βαρύτης. 5. Καὶ ἐὰν ἀδικῶσιν, οὐ μικροαδικηταί εἰσιν, ἀλλὰ μεγαλάδικοι. ¶ 6. Ἡ δ' εὐτυχία τὰ μόρια ἔχει τῶν εἰρημένων τὰ ἤθη· εἰς γὰρ ταῦτα συντείνουσιν αἱ μέγισται δοκοῦσαι εἶναι εὐτυχίαι· καὶ ἔτι εἰς εὐτεκνίαν, καὶ τὰ κατὰ τὸ σῶμα ἀγαθὰ παρασκευάζει ἡ εὐτυχία πλεονεκτεῖν. 7. Ὑπερηφανώτεροι μὲν οὖν καὶ ἀλογιστότεροι διὰ τὴν εὐτυχίαν εἰσίν. 8. Ἓν δ' ἀκολουθεῖ βέλτιστον ἦ-

[a] Similiter verò, etiam *mores ii*, qui ad Potentiam *civilem pertinent*, plerique fere *omnibus* manifesti sunt: [b] Partim enim, eosdem habet *mores* Potentia, quos divitiæ; partim verò, *his* meliores. 2. [1] Sunt enim & appetentiores honoris, & viriliores in moribus *suis ii*, qui *in civitate* potentes *sunt*, quam qui *tantum* divites: [c] eò quod opera affectant *ea*, quæcunque penes ipsos *est* agere, propter potentiam. 3. [2] Et magis dediti *sunt* rerum studio; [d] quia in *perpetuâ* curâ versantur; *quippe* necessitate coacti, ut *ea* spectent, quæ ad potentiam *suam tuendam faciunt*. 4. [3] Et grandiores *potius cum modestiâ quadam sunt*, quam graviores *cum contumaciâ*: [e] Reddit enim *eos* clariores, *& magis conspicuos* dignitas. Quamobrem *hii* moderate agunt *omnia*: Est autem granditas, mollis *quædam* & decora gravitas. 5. [4] Et, si *forte* injuriam faciunt, non in parvis injuriosi sunt, sed in magnis. ¶ 6. [f] Prospera Fortuna, *secundum* partes *suas*, habet mores eorum, quæ commemorata *sunt, sc. nobilitatis, divitiarum, & potentiæ*: Nam ad hæc *tria* tendunt *ea*, quæ maximæ videntur esse Fortunæ prosperitates: [g] Et prætereà, *quod pertinet* ad bonam prolem, & ad bona corporis; præparat *nos* Prospera Fortuna, ut plus *aliis* possidere velimus. 7. [h] At superbiores quidem sunt *isti*, & inconsideratiores, propter prosperam Fortunam: 8. [i] *Præ cæteris* autem moribus unus *ille*

a Mores Potentium seu Politicorum, faciles etiam conjectu.

b Partim enim, sunt iisdem cum divitibus:

Partim etiam *commendatiores*:

Sunt enim, 1 *Honoris avidi* magis, & animo *fortiores*:

c Cum enim teneant ea, quorum auxilio *res magnæ* fiunt, eas ipsas *administrare gestiunt*.

2 *Accuratiores in rebus* omnibus:

d *Diligentiam* enim ex animo emittere nequeunt, sed coguntur semper *cogitare de rebus ad statum* suffulciendum *necessariis*.

3 *Excelsiores* potius *in retinendo statu* (interimque & modum tenent) quam *odiose* importuni & *arrogantes*:

e *Splendor* enim ille *vitæ*, omnino *satis illustres* efficit.

4 Cum alios *violent*, *haud pusillæ* sunt eorum *injuriæ*; sed *ita magnæ*, ut *ipsorum potentiæ* respondeant.

f Mores FORTUNATOR. cum moribus *divitum, nobilium, & potentium, partim iidem sunt*:

g (Hoc insuper adjecto; quod *Fortunati*, etiam penes liberorum copiam & sanitatem, &c. aliis omnibus antecellere, pulchrum putent:)

h *Partim differunt*; quia *alii* quidem sunt *pejores*; *superbia* sc. & *temeritas*.

i *Una* verò *indoles*, præ cæteris *longe optima*; quod *de Diis bene sentiant*, erga illos affecti, ut oportet.

k Ideo nimirum, quod quæ à *fortuna adepti* sunt, vere putent, *propensâ* se *Dei voluntate* nancisci.

l *Epilog.* de Morib. *tum ætatum*; tum *fortunarum*, sive *bonarum*, sive *malarum*.

m Quamvis enim de *Ignobilibus*, & *Pauperibus*, & *Miseris*, nihil dum exposui, *eorum* tamen *mores ex dictis* facile intelligas.

ille optimus comitatur Fortunam bonam; quòd *homines Fortunati* Deos *pie* colunt, & ad *numen* divinum melius sunt *animo* addicti; [k] *quippe iis*, propter bona à Fortunâ *sibi data*, confidentes. 9. [l] Ac de iis quidem, quæ *sunt* secundum Ætatem, & Fortunam, Moribus dictum est: [m] *Mores* enim contrarii illis, qui sunt expositi, ex contrariis *formis* manifesti sunt; velut Pauperis, & Infœlicis mores, & Impotentis.

θος τῇ εὐτυχίᾳ ὅτι φιλόθεοί εἰσι, καὶ ἔχουσι πρὸς τὸ θεῖόν πως, πιστεύοντες διὰ τὰ γιγνόμενα ἀγαθὰ ἀπὸ τῆς τύχης. 9. Περὶ μὲν οὖν τῶν καθ' ἡλικίαν καὶ τύχην ἠθῶν, εἴρηται· τὰ γὰρ ἐναντία τῶν εἰρημένων ἐκ τῶν ἐναντίων φανερά ἐστιν· οἷον, πένητος καὶ ἀτυχοῦς ἦθος, καὶ ἀδυνάτου.

De Quæst. singulorum generum Communibus: De Possibili, de Facto, de Futuro, de Magno & Parvo: Deq; earundem formis, seu Fide Propriâ. CAP. XX.

Quæstionum communium Una, est De possibili cujus formæ, à Part. 7. Altera, De facto, à Part. 22. 3[a], De futuro, à Part. 31. 4[a], De Magno & Parvo, à Part. 35.

a Methodus *ante dict.* & *sequent.* 1, Quia *usus orationis* nostræ *ad existimationem* tendit.

b Et ad existimationem *unius ejus, qui audit*. Is enim unus est,

c Sive *in orationibus deliberativis*;

d Sive in *Judicialibus*;

e Sive *in Demonstrativis*: ubi is, *Auscultator* dicitur; estq; Disceptator quidam improprie dictus.

f Atque, ut *universim* loquar, *is proprie Disceptator* dicitur, qui *de causis* forensibus ac deliberativis, *cognoscit*.

[a] QUoniam autem [1] orationum ad persuadendum appositarum usus ad judicium refertur: (Quæ enim jam scimus, & judicavimus, *ea* non amplius oratione indigent:) [b] Refertur autem, sive quis ad unum oratione utens, *eum* hortetur, vel dehortetur, [c] Veluti, faciunt *ii* qui *alios* monent, vel persuadent: (Nihilo enim minus Disceptator quis est, *quantumvis* unus: Nam cui oportet *aliquid* persuadere; is est, ut simpliciter dicam, Disceptator:) [d] Sive quis adversus Controversantem dicat, seu propositam *aliquam* sententiam defendat, eodem modo; (siquidem *qui eam defendit*, necesse *sit* oratione uti, & tollere *argumenta* contraria, adversùs quæ, sicut adversùs controversantem, orationem affert:) [e] Similiter verò etiam in Demonstrativis: (*Ibi* enim ad Auscultatorem, tanquam ad Disceptatorem *quendam*, oratio constituta est:) [f] Omnino autem, *is* solus (ut simpliciter *dicam*) est Disceptator *dicendus*, qui in civilibus contentionibus, *ea* de quibus est quæstio, judicat: Quæruntur enim,

Ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν πιθανῶν λόγων χρῆσις πρὸς κρίσιν ἐστὶ (περὶ ὧν γὰρ ἴσμεν, καὶ κεκρίκαμεν· οὐδὲν ἔτι δεῖ λόγου *·) ἔστι δὲ, ἄν τε πρὸς ἕνα τις χρώμενος τῷ λόγῳ προτρέπῃ ἢ ἀποτρέπῃ· οἷον οἱ νουθετοῦντες ποιοῦσιν, ἢ πείθοντες (οὐδὲν γὰρ ἧττον κριτής ἐστιν εἷς· ὃν γὰρ δεῖ πεῖσαι, οὗτός ἐστιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κριτής·) ἐάν τε πρὸς ἀμφισβητοῦντα, ἐάν τε πρὸς ὑπόθεσιν λέγῃ τις, ὁμοίως· (τῷ γὰρ λόγῳ ἀνάγκη χρῆσθαι, καὶ ἀναιρεῖν τὰ ἐναντία, πρὸς ἃ ὥσπερ ἀμφισβητοῦντα τὸν λόγον ποιεῖται·) ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς· (ὥσπερ γὰρ πρὸς κριτὴν, πρὸς τὸν θεωρὸν ὁ λόγος συνέστηκεν·) ὅλως δὲ μόνος, ὡς ἁπλῶς, ἐστὶ κριτὴς ὁ ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἀγῶσι τὰ ζητούμενα κρίνων· (τά τε γὰρ ἀμφισβητούμενα ζητεῖται

* Conjun. 6. Ethic. cap. 10.

τοῦται πῶς ἔχει, καὶ περὶ ὧν βούλονται·) περὶ δὲ τῶν κατὰ τὰς πολιτείας ἠθῶν, ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς εἴρηται πρότερον*· ὥστε διωρισμένον ἂν εἴη, πῶς τε, καὶ διὰ τίνων τοὺς λόγους τοὺς ἠθικοὺς ποιήσομεν. 2. Ἐπεὶ δὲ περὶ ἕκαστον μὲν γένος τῶν λόγων, ἕτερόν τι τὸ τέλος ἦν, περὶ ἁπάντων δ' αὐτῶν εἰλημμέναι δόξαι καὶ προτάσεις εἰσὶν, ἐξ ὧν τὰς πίστεις φέρουσι καὶ συμβουλεύοντες, καὶ ἐπιδεικνύοντες, καὶ ἀμφισβητοῦντες. 3. Ἔτι δὲ, ἐξ ὧν ἠθικοὺς τοὺς λόγους ἐνδέχεται ποιεῖν, καὶ περὶ τούτων διώρισται. 4. Λοιπὸν ἡμῖν διελθεῖν περὶ τῶν κοινῶν· πᾶσι γὰρ ἀναγκαῖον, τὰ περὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ ἀδυνάτου προσχρῆσθαι ἐν τοῖς λόγοις· καὶ τοὺς μὲν, ὡς ἔσται· τοὺς δὲ, ὡς γέγονε πειρᾶσθαι δεικνύναι· ἔτι δὲ περὶ μεγέθους κοινὸν ἁπάντων ἐστὶ τῶν λόγων· χρῶνται γὰρ πάντες τῷ μειοῦν καὶ αὔξειν, καὶ συμβουλεύοντες ἢ ἀποτρέποντες, καὶ ἐπαινοῦντες ἢ ψέγοντες, καὶ κατηγοροῦντες ἢ ἀπολογούμενοι. 5. Τούτων δὲ διορισθέντων, περὶ τῶν ἐνθυμημάτων κοινῇ πειραθῶμεν εἰπεῖν, εἴ τι ἔχομεν· καὶ περὶ παραδειγμάτων, ὅπως τὰ λοιπὰ προσθέντες, ἀποτελέσωμεν τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. 6. Ἔστι δὲ τῶν κοινῶν, τὸ μὲν αὔξειν, οἰκειότατον τοῖς ἐπιδεικτικοῖς, ὥσπερ εἴρηται †· τὸ δὲ γεγονὸς, τοῖς δικανικοῖς· περὶ τούτων γὰρ ἡ κρίσις ||· τὸ δὲ δυνατὸν καὶ ἐσόμενον, τοῖς συμβουλευτικοῖς. ¶ 7. Πρῶτον μὲν οὖν περὶ δυνατῶν καὶ

*Lib. 1. cap. 8.

† Lib. 1. cap. 9. pa. 34.

|| Conjun. lib. 1. ca. 1. pa. 9.

Quomodo *se* habeant, tum ea de quibus *in foro* controvertitur, tum *ea* de quibus *in concione* consultant: [g] *De istis autem sigillatim explicatum fuit suis locis:* [h] De moribus verò Rerumpublicarum, dictum est superiùs in Deliberativis: Adeò ut explicatum *ibi* sit, & Quomodo, & per Quæ, orationes moratas efficiamus. 2. [2] Quoniam autem in unoquoque orationum genere, diversus quidem finis erat: [i] De singulis verò illorum, sumptæ sunt *propriæ* opiniones, & propositiones, ex quibus Fidem ducunt, & deliberantes, & demonstrantes, & controversantes. 3. [k] Præterea verò, ex Quibus *formulis* Moratas orationes contingit efficere, etiam de his est definitum. 4. [l] Reliquum nobis *est* ut *ea* quæ *tribus generibus sunt* Communia, explicemus: Omnibus enim *&* *Hortantibus, & Laudantibus, & Accusantibus, &c.* necessarium *est*, in orationibus insuper adhibere *formas* eas, [1] quæ *pertinent* ad POSSIBILE, & IMPOSSIBILE: [2] Quin & alios quidem, *oportet* FUTURUM esse, [3] alios verò, FACTUM esse, conari ostendere: [4] Præterea verò, de MAGNITUDINE *rei dicere*, omnibus orationum *generibus* est commune: Utuntur enim omnes Diminutione & Amplificatione, tum consulentes, aut dehortantes; tum laudantes, aut vituperantes; tùm accusantes, aut defendentes. 5. [m] His autem definitis, de Enthymematibus, si quid habemus, conabimur dicere communiter: [n] Necnon de Exemplis, ut iis, quæ *de Fide*, reliqua *sunt*, additis, ad finem perducamus id, quod initio proposuimus. 6. [o] Ex communibus autem *hisce quæstionibus*, Amplificare quidem *seu Quæstio de Magno*, est aptissimum Demonstrativis, ut *ante* dictum est; Factum verò, *seu Quæstio de Facto*, Judicialibus: (De his enim judicium *proprie fieri debet.*) Possibile autem, & Futurum, Deliberativis. ¶ 7. [p] Ac primum quidem, de iis quæ POSSIBILIA sunt, & IM-

[g] De *rebus* autem *illis*, superiori lib. sigillatim diximus: de *Deliberativis*. ca. 4. de *Judiciis*, ca. 12. &c.

[h] De *Morib.* etiam *eorum qui in Rep.* disceptant, diximus cap. 8.

2 Deinde, Cum in *singulis* trib. *generibus sui sint fines*, seu *Quæstiones* propriæ.

[i] De *ipsis* autem singulis, *formas* Enthymematicas, per totum lib. prim. recensuimus.

[k] Et postea in hoc lib. exposuimus Mores atq; Affectus.

[l] Cum, inquam, nihil retrò omiserimus, quod ad singulorum finium seu propriarum quæstionum, fidem pertineat: Sequitur, *explicemus quæstiones trium generum communes*; Earumque formas.

1a Quæstio est *de Possibili*, quæ in *omnibus trib. generib.* locum habet. 2a Est *de Futuro*, quæ *in Deliberativo*; 3a *De facto* quæ *in Judiciali & Demonstrativo.*

4a, *De magno & Parvo*; quæ etiam *omnibus tribus* inservit.

[m] Prædictio eorum, quæ expositionem hanc quæstionum communium, sequentur, à cap. 21. *de Enthymemat. Communissimis & Sententiis.*

[n] Et cap. 21. *de Exemplis.*

[o] *Quæstionum* dictar. *communium collatio.* Sunt enim *tribus illæ generibus communes*, ita tamen, ut *aliæ ad aliud* genus magis *peculiari* ratione se *recipiant.*

[p] De Quæst. [*An Possibile sit?*] formæ:

1[a], *A naturâ contrariorum*: Si eorum *unum*, *possibile* sit esse, vel fuisse: *etiam* & *alterum*.

q Eadem enim facultas est contrariorum, ita ut quod unum efficere queat, & alterum etiam queat.

2[a], *A similibus*: *Si unum* eorum manifesto *fieri* possit, *itidem* & *alterum*.

3[a], *A difficiliori*: *Generatim*, *Si* quod *laboriosius* sit, effici potest, & quod *proclivius*.

r *Speciatim*, *Si* possibile est, aliquid *studiosum vel pulchrum* factum esse (quod magis arduum;) *etiam* possibile est, *nulla re adpositâ*, *factum* esse.

4[a], *A principio & fine*: *Si principium* rei fieri possit, *etiam* & ejusdem *finis* poterit:

f Nam, Quæ impossibilia sunt, principium sui ortus nullum habent, &c.

t *Contra*; *Si finis & extremum*; etiam & *principium*: Neq; enim res ad finem venisset, nisi à principio ducta esset.

5[a], *A Posteriori*, &c. *Si* quod *posterius naturâ, aut ortu* est, possibile sit; & *quod prius*:

u Exempl. *rei posterioris*, quoad *ortum*.

x Exempl. *rei posterioris*, quoad *naturam*, & *essentiam*.

6, *A cupiditate naturali*; Illa enim *fieri* possunt, *quorum amor aut cupiditas* naturalis est:

7a, *A scientiis*: *Illa possibilia* &c. *quorum sunt artes* & scientiæ: Si enim impossibilia forent, in iis perdiscendis luderetur opera.

8a, *A positione agentium* eorum, qui *nostro arbitrio* reguntur: *Quorum* enim *initium*, ut fiant, *in his positum* est, *illa quoque effici* possunt.

9a, *A partibus ad totum*; *Si* n. *illæ* effici possunt, & *totum* potest:

y Et retro, *si totum*, *etiam partes*.

IMPOSSIBILIA, dicamus. [1] Si igitur contrarium Possibile sit vel esse vel *aliquando* factum esse, etiam Contrarium videbitur esse Possibile: velut si fieri potest, ut convaluerit homo; etiam *ut* ægrotaverit: [q] Eadem enim *est* potestas contrariorum, quatenus *inter se è regione* contraria *sunt*. 8. [2] Et si simile *manifesto* Possibile sit, *etiam* & simile, *de quo est Controversia*, *Possibile fuerit*. 9. [3] Et si difficilius, possibile; etiam facilius, *de quo ambigitur*: [r] Et si virtute præditum, vel pulchrum factum esse *quidquam*, possibile *sit*; etiam simpliciter factum esse, *fuerit* possibile: Difficilius enim *est*, domum pulchram, quam simpliciter domum *factam esse*. 10 [4] Et cujus principium potuit factum esse, *ejusdem* etiam finis *potuit*: [f] Nihil enim fit, neque incipit fieri eorum, quæ *sunt* Impossibilia: Veluti, Dimetientem *Quadrati lineam*, proportionalem esse *lateri*, *cùm impossibile sit*, neque incœperit *hoc sane unquam fieri*, neque *omnino* fit. 11. [t] Et cujus finis, etiam principium possibile *fuerit factum esse*: Omnia enim ex principio fiunt. 12. [5] Et si posterius essentiâ vel ortu possibile *sit*, etiam prius: [u] Veluti, si possibile *sit* virum factum esse, etiam & puerum: Etenim illud *sc. puer*, *ortu* prius fit: [x] Et si puerum, etiam & virum: Illud enim, *vir sc.* principium *est*, *seu essentiâ prius*. 13. [6] Et quorum amor, vel cupiditas à naturâ *insita* est: Plerumq; enim nemo amat, aut cupit *ea*, quæ *sunt* impossibilia. 14. [7] Et quorum scientiæ sunt, & artes, Possibile *fuerit* hæc & esse, & facta esse. 15. [8] Et quorumcunque principium, ut oriantur, in iis est, quæ nos *ad agendum mox* cogere, & persuadere possumus: Hæc verò sunt, *vel* quibus potentiores *sumus*, vel quorum domini *sumus*, vel amici. 16. [9] Et quorum partes *sunt* possibiles, etiam totum *possibile est*: [y] Et quorum totum possibile, etiam partes, plerumque: Si enim Prostragulum, & capi-

ἀδυνάτων λέγωμεν· ἂν δὴ τὸ ἐναντίον ᾖ δυνατὸν ἢ εἶναι ἢ γενέσθαι, καὶ τὸ ἐναντίον δόξειεν ἂν εἶναι δυνατόν· οἷον, εἰ δυνατὸν ἄνθρωπον ὑγιασθῆναι, καὶ νοσῆσαι· ἡ γὰρ αὐτὴ δύναμις τῶν ἐναντίων, ᾗ ἐναντία. 8. Καὶ εἰ τὸ ὅμοιον δυνατὸν, καὶ τὸ ὅμοιον. 9. Καὶ εἰ τὸ χαλεπώτερον δυνατὸν, καὶ τὸ ῥᾷον *· καὶ εἰ τὸ σπουδαῖον ἢ καλὸν γενέσθαι δυνατὸν, καὶ ὅλως † γενέσθαι δυνατόν· χαλεπώτερον γὰρ καλὴν οἰκίαν, ἢ οἰκίαν εἶναι. 10. Καὶ οὗ ἡ ἀρχὴ δύναται γενέσθαι, καὶ τὸ τέλος· οὐδὲν γὰρ γίγνεται, οὐδὲ ἄρχεται γίγνεσθαι τῶν ἀδυνάτων· οἷον, τὸ σύμμετρον τὴν διάμετρον εἶναι, οὔτε ἂν ἄρξαιτο γίγνεσθαι, οὔτε γίγνεται. 11. Καὶ οὗ τὸ τέλος, καὶ ἡ ἀρχὴ δυνατή· ἅπαντα γὰρ ἐξ ἀρχῆς γίγνεται. 12. Καὶ εἰ τὸ ὕστερον τῇ οὐσίᾳ ἢ τῇ γενέσει δυνατὸν γενέσθαι, καὶ τὸ πρότερον· οἷον, εἰ ἄνδρα γενέσθαι δυνατὸν, καὶ παῖδα· πρότερον γὰρ ἐκεῖνο γίγνεται· καὶ εἰ παῖδα, καὶ ἄνδρα· ἀρχὴ γὰρ ἐκείνη. 13. Καὶ ὧν ἔρως ἢ ἐπιθυμία φύσει ἐστίν· οὐδεὶς γὰρ τῶν ἀδυνάτων ἐρᾷ, οὐδ' ἐπιθυμεῖ ὡς ἐπιτοπολύ. 14. Καὶ ὧν ἐπιστῆμαί εἰσι καὶ τέχναι, δυνατὸν ταῦτα καὶ εἶναι καὶ γενέσθαι. 15. Καὶ ὅσων ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως ἐν τούτοις ἐστὶν, ἃ ἡμεῖς ἀναγκάσαιμεν ἂν, ἢ πείσαιμεν· ταῦτα δ' ἐστὶν, ὧν κρείττους, ἢ κύριοι, ἢ φίλοι. 16. Καὶ ὧν τὰ μέρη δυνατὰ, καὶ τὸ ὅλον· καὶ ὧν τὸ ὅλον δυνατὸν, καὶ τὰ μέρη ὡς ἐπιτοπολύ· εἰ γὰρ πρόσχημα, καὶ κεφαλὶς

* Conjun. 6. Topic. ca. 1. p. 5.
|| Conjun. 2. Top. c. 11. pa. 4.

λὶς, καὶ χιτὼν δύναται γενέσθαι· καὶ τὰ ὑπενδύματα δυνατὸν γενέσθαι· καὶ εἰ ὑπενδύματα, καὶ πρόχημα, καὶ κεφαλὶς, καὶ χιτών. 17. Καὶ εἰ τὸ γένος ὅλον τῶν δυνατῶν γενέσθαι, καὶ τὸ εἶδος· καὶ εἰ τὸ εἶδος, καὶ τὸ γένος· οἷον, εἰ πλοῖον γενέσθαι δυνατὸν, καὶ τριήρη· καὶ εἰ τριήρη, καὶ πλοῖον. 18. Καὶ εἰ θάτερον τῶν πρὸς ἄλληλα πεφυκότων, καὶ θάτερον· οἷον εἰ διπλάσιον, καὶ ἥμισυ· καὶ εἰ ἥμισυ, καὶ διπλάσιον. 19. Καὶ εἰ ἄνευ τέχνης ἢ παρασκευῆς δυνατὸν γενέσθαί τι, μᾶλλον διὰ τέχνης καὶ ἐπιμελείας δυνατόν· ὅθεν καὶ Ἀγάθωνι εἴρηται *.

"Καὶ μὴν τὰ μέν γε τῇ τύχῃ πράσσειν· τὰ δὲ
"Ἡμῖν ἀνάγκη· καὶ τέχνῃ προσγίγνεται.

20. Καὶ εἰ τοῖς χείροσιν ἢ ἥττοσιν ἢ ἀφρονεστέροις δυνατὸν, καὶ τοῖς ἐναντίοις μᾶλλον· ὥσπερ καὶ Ἰσοκράτης ἔφη "δεινὸν εἶναι, εἰ ὁ μὲν Εὔθυνος ἔμαθεν, αὐτὸς δὲ μὴ δυνήσεται εὑρεῖν. 21. Περὶ δὲ ἀδυνάτων δῆλον ὅτι ἐκ τῶν ἐναντίων τοῖς εἰρημένοις ὑπάρχει. ¶ 22. Εἰ δὲ γέγονεν, ἢ μὴ γέγονεν, ἐκ τῶνδε σκεπτέον· πρῶτον μὲν γὰρ, Εἰ τὸ ἧττον γίνεσθαι πεφυκὸς γέγονε, γεγονὸς ἂν εἴη καὶ τὸ μᾶλλον. 23. Καὶ εἰ τὸ ὕστερον εἰωθὸς γίνεσθαι γέγονε, καὶ τὸ πρότερον γέγονεν· οἷον, εἰ ἐπιλέλησται, καὶ ἔμαθέ ποτε τοῦτο. 24. Καὶ εἰ ἐδύνατο καὶ ἐβούλετο, πέπραγε· πάντες γὰρ, ὅταν δυνάμενοι βουληθῶσι, πράττουσιν· ἐμποδὼν γὰρ οὐδέν· ἔτι, εἰ ἐβούλετο, καὶ μηδὲν τῶν ἔξω ἐκώλυε. 25. Καὶ εἰ δυνατὸν, καὶ ὠργίζετο· καὶ εἰ ἐδύνατο, καὶ ἐπεθύμει· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ, ὧν ὀρέγονται, ἂν δύνωνται, καὶ ποιοῦσιν· οἱ

* Conjun. 6. Ethic. cap. 4.

tal, & tunica, possibiles *sint* esse factæ; etiam & indumenta possibile *fuerit* facta esse: Et si indumenta, etiam prostragulũ, & capital, & tunica. 17. [10] Et si genus totum, ex eorum *sit numero*, quæ possibilia *sunt* esse facta, etiam forma, *seu species*: [1] Et si forma, etiam genus, velut, si navem factam esse possibile *sit*, etiam triremem; & si triremem, etiam navem. 18 [11] Et si alterum *eorum*, quæ naturâ inter se conferuntur; etiam alterum: velut, si duplum, etiam dimidium; & si dimidiũ, etiam duplum. 19. [12] Et si sine arte, vel apparatu possibile *sit* factum esse aliquid; *multò* magis per artem & diligentiam, possibile *fuerit*: [a] undè & ab Agathone dictum est,

" *Atqui quædam quidem, per Fortunam perficere: quædam verò,*
" *Per nos* ipsos, *necesse* est: *Ars verò adjungitur.*

20. [13] Et si à deterioribus vel inferioribus, vel imprudentioribus possibile *sit factum esse*, etiam à contrariis *multò* magis; ut etiam Isocrates dixit, "Grave esse, Euthynum didicisse, ipsum verò invenire non posse. 21. [b] De Impossibilibus autem, perspicuum *est*, quòd *formæ seu propositiones nobis* præstò sint ex contrariis *earum*, quas *jam* exposuimus. ¶ 22. [c] FACTUM autem sit, necne, ex his *quæ sequuntur est* considerandum: [1] Primùm quidem, si quod naturâ minùs aptum *est* fieri, factum sit, etiam quod *naturâ* aptius *est, id* factum fuerit. 23. [2] Et si, quod *tempore* posteriùs solitũ est fieri, factum sit; etiam, quod priùs, factum est: velut, si oblitus sit *alicujus rei*, etiam hanc olìm didicit. 24. [3] Et si potuit, ac voluit, *etiam* fecit: Omnes enim, quandò possunt, & volunt, faciunt: Nam impedimento nihil *est*: [d] Prætereà, si voluit, & nullum externum *impedimentum* prohibuit. 25. [4] Et si *fieri id* possibile *est* ac iratus *is* fuit: [e] Et si potuit, ac concupivit: Plerunquè enim, quæ appetunt *homines, ea* si possint, etiam faciunt: Improbi

10 [z], *A genere ad speciem: Si genus* fieri potest, *etiam & species:*

z Et *conversim.*

11 [a], *Ab iis, quæ sub eandem rationem* veniunt, *i. à Relatis: Si alterum eorum* fieri potest; etiam *& alterum.*

12 [a], *Ab arte, & studio in rebus conficiendis: Si enim absque illis* fieri potest, *multo magis, ipsis adhibitis*: Ratio enim & opera in rebus posita, non parva adminicula præbet.

a Cui suffragatur *testimonium Agathonis* Poetæ Tragici.

13 [a], *Ab efficientibus ipsis: Si* effici potest *à deterioribus*, vel *inferioribus*, vel *insipientioribus*; etiam *& facilius* efficietur *ab* horum *contrariis.*

b *De impossibili, formæ* dictis *contrariæ*, eadem opera sunt eliciendæ.

c De Quæstione [*An factum sit?*] seu *de facti conjectura*, form.

1 [a], *A naturali rei inclinatione: Si* quod *minus aptum* erat effici, factum sit; *&*, quod *magis aptum* erat, factum est.

2 [a], *Ab eo, quod tempore consequens est, ad idq; quod antecessit: Si, quod tempore posterius* esse consuevit, *factum* sit; *& quod prius*, factum omninò est.

3 [a], *A facultate & voluntate conjunctis*: Hæc si conjuncta habuit, obversari nihil potest, quod moræ sit.

d Item, *A voluntate, absq; impedimento externo*: Hæc enim licet absit facultas, satis probant fecisse.

4 [a], *A natura rei, quæ effici possit, & ira agentis*; Hæc enim, *si concurrint*, haud dubiè fecit.

e Item, *Ab agentis facultate & cupiditate conjunctis*: Hæc enim ferè quidvis expediunt.

5 a, *Ab impetu rei & apparatu agentis paulo antegressis: Si enim & res eò inclinarit*, ut *mox geri* deberet, & *is animo* cæterisque *paratus* fuerit, videtur *etiam fecisse*.

6 a, *Ab iis, quæ ordine naturæ antecedunt*, sivè *ante rem*, seu *propter illam*: Hæc enim arguunt fecisse.

f Exemp. ejus quod ante rem sit;

* Et ejus, quod propter rem.

g Contrà, *Ab iis quæ ordine naturæ rem gestam consequuntur*: Hæc enim probant id quod priùs, & quod horum gratiâ fieri solet, factum esse.

h Ex *his antecedent.* & *consequent. Alia, necessariò* concludunt, ut τεκμήρια: *Alia*, sunt *verisimilia* solùm:

i *De non facto, formæ*, jam *dictis* sunt *contrariæ*.

k De Quæst. [*An futurum sit*] *formæ* etiam sunt *eædem, quæ* erant *de facto*; 1 a, *A voluntate & facultate conjunctis*; fuit part. 24. 2 a, *A cupiditate, aut irâ; & ratiocinatione*; fuit par. 25.

3 a, *Ab impetu rei statim agendæ*: fuit par. 26. Si operam det ut *jamjam* obeat, aut *si mox facere paret*; dici id potest, *futurum*.

4 a, *Ab iis, quæ vel ordine naturæ antecedunt rem* ipsam: fuit pa. 27.

l Vel *hujus gratiâ fiunt, ut hoc* ipsum sc. *efficiatur*; fuit par. 27.

m De Quæst. [*An sit magnum, vel majus?*] petenda sunt *formæ sigillatim ex antedictis* cap. 7. lib. 1.

probi quidem, propter incontinentiam; Æqui verò & *boni, ob ratiocinationem*; quoniam res justas, & *bonas* cupiunt. 26. [5] Et si in procinctu erat, ut *hoc* fiat, & *hic* faciat: Verisimile enim *est* eum, qui *facere* paratus erat, etiam fecisse: 27. [6] Et si *antè* facta sunt *ea*, quæcunque naturalitèr fiunt ante illud, vel illius (*quod probare vis*) gratiâ *fieri solent*; [f] velut, si fulguravit, etiam tonuit. * 28. Et si conatus est *stuprum facere*, etiam fecit. 29. [g] Et *contrà*, si *aut ea* quæcunque posteriùs naturalitèr fieri solent, aut *id* cujus gratiâ fiunt, facta sint, etiam *id* quod priùs *fieri*, & quod in hunc finem *fieri solet*, factum est: velut, si tonuit, etiam fulguravit: & si *stuprum* fecit, etiam & conatus est. 30. [h] Sunt autem, ex his omnibus, *quæ consequuntur, & antecedunt*, alia quidem, ex necessitate; alia verò, plerunque ità *se* habentia. 31. [i] De eo autem, quod NON est FACTUM, manifestum *est sumendam esse fidem* ex contrariis eorum, quæ dicta sunt. ¶ 32. [k] De eo etiam, quod Futurum est, *Quomodò sumenda sit Fides*, ex iisdem *Formis est* perspicuū: 1 Nam & id, quod *est* in potestate, & voluntate *alicujus*, futurum est. 33. 2 Et ea quæ sunt in cupiditate, & irâ, & ratiocinatione, cum facultate *agendi*. 34. 3 Ob hæc itidem, si in ipso faciendi impetu, vel in *ipso* apparatu *res erat, etiam* erit: Plerunq; enim fiunt magis ea, quæ parata sunt ut *fiant*, quàm quæ non sunt. 35. 4 Et si ante hoc facta sint *ea*, quæcunque naturalitèr priùs fieri consueverūt, *etiam & id quod consequitur*: velut, si *cœlum* nubibus obductum sit, verisimile *est* pluiturum: [l] Et si id quod hujus gratiâ *est comparatum*, factum sit; etiam hoc verisimile *est* factum iri: veluti, si fundamentum *jactum sit*, etiam domus *futura est*. ¶ 36. [m] De MAGNITUDine autem & Parvitate rerum, deque MAJORI & MINORI, *inter se collatis*; & omninò de MAGNIS & PARVIS, *Quomodò sumenda sit Fides*,

μὲν φαῦλοι, δι' ἀκρασίαν· οἱ δ' ἐπιεικεῖς, ὅτι τῶν ἐπιεικῶν ἐπιθυμοῦσι. 26. Καὶ εἰ ἔμελλε γίγνεσθαι, καὶ ποιεῖν· εἰκὸς γὰρ τὸν μέλλοντα καὶ ποιῆσαι. 27. Καὶ εἰ γέγονεν ὅσα πέφυκε πρὸ ἐκείνου, ἢ ἕνεκα ἐκείνου· οἷον, εἰ ἤστραψε, καὶ ἐβρόντησε. 28. Καὶ εἰ ἐπείρασε, καὶ ἔπραξε. 29. Καὶ εἰ ὅσα ὕστερον πέφυκε γίγνεσθαι, ἢ οὗ ἕνεκα γίγνεται, γέγονε, καὶ τὸ πρότερον, καὶ τὸ τούτου ἕνεκα, γέγονεν· οἷον, εἰ ἐβρόντησε, καὶ ἤστραψε· καὶ εἰ ἔπραξε, καὶ ἐπείρασεν. 30. Ἔστι δὲ τούτων ἁπάντων, τὰ μὲν, ἐξ ἀνάγκης· τὰ δὲ, ὡς ἐπιτοπολὺ οὕτως ἔχοντα. 31. Περὶ δὲ τοῦ μὴ γεγονέναι, φανερὸν ὅτι ἐκ τῶν ἐναντίων τοῖς εἰρημένοις. ¶ 32. Καὶ περὶ τοῦ ἐσομένου, ἐκ τῶν αὐτῶν δῆλον· τό, τε γὰρ ἐν δυνάμει καὶ βουλήσει ὄν, ἔσται. 33. Καὶ τὰ ἐν ἐπιθυμίᾳ, καὶ ὀργῇ, καὶ λογισμῷ μετὰ δυνάμεως ὄντα. 34. Διὰ ταῦτα καὶ εἰ ἐν ὁρμῇ τοῦ ποιεῖν ἢ μελλήσει, ἔσται· ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ γίγνεται μᾶλλον τὰ μέλλοντα, ἢ τὰ μὴ μέλλοντα. 35. Καὶ εἰ προγέγονεν ὅσα πρότερον πέφυκε γίγνεσθαι· οἷον, εἰ συννεφεῖ, εἰκὸς ὗσαι· καὶ εἰ τὸ ἕνεκα τούτου γέγονε, καὶ τοῦτο εἰκὸς γενέσθαι· οἷον, εἰ θεμέλιος, καὶ ὁ οἰκία. ¶ 36. Περὶ δὲ μεγέθους καὶ μικρότητος τῶν πραγμάτων, μείζονός τε καὶ ἐλάττονος, καὶ ὅλως μεγάλων καὶ μικρῶν, ἐκ

* Lib. 1. cap. 7.
† Lib. 1. cap. 8.

ἐκ τῶν προειρημένων * ἡμῖν ἐστὶ φανερόν· εἴρηται γὰρ ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς † περί τε μεγέθους ἀγαθῶν, καὶ περὶ τοῦ μείζονος ἁπλῶς καὶ ἐλάττονος· ὥστε ἐπεὶ καθ' ἕκαστον τῶν λόγων τὸ προκείμενον τέλος ἀγαθόν ἐστιν· οἷον, τὸ συμφέρον, καὶ τὸ καλὸν, καὶ τὸ δίκαιον· φανερὸν ὅτι δι' ἐκείνων ληπτέον τὰς αὐξήσεις πᾶσι. 37. Τὸ δὲ παρὰ ταῦτά τι ζητεῖν περὶ μεγέθους ἁπλῶς καὶ ὑπεροχῆς, κενολογεῖν ἐστί· κυριώτερα γάρ ἐστι πρὸς τὴν χρείαν τῶν καθόλου, τὰ καθ' ἕκαστα τῶν πραγμάτων· περὶ μὲν οὖν δυνατοῦ καὶ ἀδυνάτου, καὶ πότερον γέγονεν ἢ οὐ γέγονε, καὶ ἔσται ἢ οὐκ ἔσται· ἔτι δὲ, περὶ μεγέθους καὶ μικρότητος τῶν πραγμάτων, εἰρήσθω ταῦτα.

ex iis, quæ ante dicta sunt nobis manifestum *est* : [n] Dictum enim est in Deliberativo *genere*, & de Magnitudine bonorum, & de Majori ac Minori in universum : [o] Quare, quoniam in unoquoque orationum *genere*, propositus *cuique* finis est, *id quod* bonum *est*; velut Utile, & Honestum, & justum : [p] Manifestum *est* ex *formis* illis, *de bonorum magnitudine in genere Deliberativo expositis*, Amplificationes *esse* omnibus *oratoribus in omni genere* sumendas. 37. [q] Præter eas autem, aliquid de Magnitudine, & Exuperantiâ in universum, quærere, inanis est disputatio : [r] Nam singularia sunt aptiora ad usum, quam universalia. Ac de Possibili quidem, & Impossibili; & utrum Factum sit an non Factum; & utrum Futurum, necne; Prætereà verò, de Magnitudine, & Parvitate rerum, hæc dicta sunto.

n Etenim in eo capite, disputavimus de mogno & majori, bono, &c.

o Ergo, cum *finis* singulorum *generum* sit *bonum* quoddam : (ut *utile*, *pulchrum*, & *justum* :

p Sequitur, *ex formis illis de majori bono*, *enasci* amplificandi *formas*, quæ doceant & *utile majus* esse, ut in eodem cap. & *honestum majus*, ut cap. 9. p. 47. & *justum vel injustum majus*, ut cap. 18.

q Ἀποδίωξις, Quod enim imperiti hîc desiderent, ut *universales de magno* formas à 3b. generibus sejunctas *poneremus*, id *infructuosum* sane fuerit.

r Ut enim *subtilis* naturæ *expositio*, *universalia* sola recipit : ita *rerum praxis* (quæ ab hæc arte exigitur) *singularium explicationem* summo *sibi usui* esse agnoscit.

Tabula sequent. usque ad Cap. 28.

De Fide COMMUNISSIMA, quæ latissime extenditur tam ad Quæstion. trium generum proprias, quam ad Quæst. Infinitas. Ejus tres species :
- Exemplum ; de quo — Cap. 21.
- Sententia, quæ est pars Enthymematis : — 22.
- Enthymema generalissimè acceptum : ubi
  - 1°, De Methodo indagandi Enthymemata. — 23.
  - 2°, De Communibus ipsorum Locis, Tum
    - Verorum;
      - Sive Demonstrativorū. — 24.
      - Sive Elenchticorum : — 25.
    - Apparentium, seu Captiosorum. — 26.

De Dissolutionibus contrariarum rationum. — 27

Problemata de Amplificatione, & de Dissolutionibus. — 28.

De Exemplis.

CAP. XXI.

Primum, Quot sint exemplorum species, à Par. 3. Deinde Quando utendum sit ipsis, à Par. 8. Et Quando, Par. 10.

Λοιπὸν δὲ περὶ τῶν κοινῶν πίστεων ἅπασιν εἰπεῖν, ἐπείπερ εἴρηται περὶ τῶν ἰδίων· εἰσὶ δ' αἱ κοιναὶ πίστεις,

[a] RELiquum *est*, Fidem omnibus *generibus* Communem exponere ; quandoquidem dictum est de Propria : Est autem Communis Fides in

a Fidei Communissimæ duæ species.

1a, *Exemplum*, 2a, *Enthymema*; *Sententia* enim, quæ videtur esse 3a, *ad enthymema reducitur*, ut pars ad totum.

b De *Exemplo*, tanquam de eo, *quod principii* cujusdam *similitudinem habet*, dicamus; 1o, [*Quot ejus species?*] Aliud, est exemp. *verum*, seu *rei gestæ*, è veteri memoriâ repetitum:

c Aliud, *fictum* & *commentitium*; quod *subdividitur in Parabolam*, i. Collationem;

Et *Logum*, i. Fabulam.

d *Verum exempl.* est *rei factæ enarratio*: veluti,

e Cum Persarum rex Ægyptiis bellum inferret, quidam auctor Græcis fuit, ut armis ei obstarent, quo minus Ægyptum subigeret: Periculosum enim hoc fore Græcorum libertati: idque *ab exemplis* 2b. *Uno Darii regis*, qui Ægypto captâ, trajecit in Græciam:

f *Altero Xerxis*, qui Ægypto potitus, in Græciam cum exercitu transiit.

g *Parabolæ*, sunt *similitudines*, *quibus* crebro, ut stultorum opiniones convinceret, *utebatur Socrates*: veluti, siquis, nullo modo magistratus sorte creari oportere, probet *ex parabolâ geminâ*.

h *Unâ ductâ ab Athletis* selectioribus:

i *Alterâ à navium gubernatoribus*.

k *Logus*, *seu apologus*, i. fabula, est, *qualis fuit Stesichori* Poetæ Lyrici, &c.

l Stesichori *logus adversus Phalarim Tyrannum* (quem Himerenses ducem suarum copiarum fecissent, eique omnem potestatem belli administrandi dedissent, &c.)

m. Περόστασιν habuit *de Equo*, *qui* quo *Cervum è pascuis ejiceret*, ore frænum, & *hominem* dorso *ascendere* admisit, ulciscendi spe ductus. Sed re tota conversâ, ratione hac *servire jam* ipse *incepit homini*.

in genere, duplex: 1 Exemplum, & 2 Enthymema: Sententia enim, est pars Enthymematis. 2. b Ac primùm quidem de Exemplo dicamus: Nam simile *est* Inductioni Exemplum: Inductio verò, *est probationis* principium *quoddam*. ¶ 3. 1 Exemplorum verò formæ, duæ sunt: Nam una quidem exempli forma, *est* Expositio rerum gestarum; c Altera verò, *est* ipsius *Oratoris* fictio: Atque hujus quidem, una *species*, est Parabola; Altera verò, Logi, *seu Fabula*: velut, Æsopicæ & Lybicæ. 4. d Est autem, Exemplum quidem, hujusmodi aliquid; ut e si quis diceret, "Oportere *Græcos* adversus *Persarum* Regem parari, & 'non sinere, *eum Ægyptum subindè* 'in potestatem redigere; quia anteà 'Darius non prius *Hellespontum* trajecit, quàm Ægyptum cepit; cùm 'autem cepisset, *in Græciam* trajecit: f Iterùm, "Xerxes non prius *hac* 'trajecit, quàm *Ægyptum* occupavit; cùm autem occupasset, *in Græciam cum exercitu* trajecit: Quare & 'hic *quoque Rex*, si *illam* ceperit, trajiciet: Quamobrem *hoc ei* non permittendum. 5. g Parabola verò, *est*, *ut similitudines* Socraticæ: velut, si quis diceret, "Non oportere sorte 'datos *viros* magistratum gerere: 'h Simile enim *esse*, ac si quis athletas sortiatur, non qui possint decertare, sed qui sorte obtigerint: i Aut '*siquis* ex nautarum *numero*, *eum* qui e m '*navis* gubernatorem esse oporteat, 'sorte deligat; Quasi sorte electo, 'non autem *gubernandi* perito com'mittendum *sit*. 6. k Logus, *seu Fabula*, *est*, qualis Stesichori *fuit* adversùs Phalarim, & Æsopi de Populari concionatore *quodam Samio*: l Stesichorus enim, cùm Himerenses Phalarim, Imperatorem cum summo imperio elegissent, & corporis *ei* custodiam traditurì essent; post aliam disputationem, *hunc* Logum eis dixit: "m Quòd *nimirum* equus tenuit '*uberrimum* pratum solus; cùm au-

δύο τῷ γένει, παράδειγμα, καὶ ἐνθύμημα· ἡ γὰρ γνώμη, μέρος ἐνθυμήματός ἐστι. 2. Πρῶτον μὲν οὖν περὶ παραδείγματος λέγωμεν· ὅμοιον γὰρ ἐπαγωγῇ τὸ παράδειγμα· ἡ δ' ἐπαγωγὴ, ἀρχή. ¶ 3. Παραδειγμάτων δὲ εἴδη δύο ἐστίν· ἓν μὲν γάρ ἐστι παραδείγματος εἶδος, τὸ λέγειν πράγματα προγεγενημένα· ἓν δὲ, τὸ αὐτὸν ποιεῖν· τούτου δὲ, ἓν μὲν, παραβολή· ἓν δὲ, λόγοι, οἷον οἱ Αἰσώπειοι, καὶ Λιβυκοί. 4. Ἔστι δὲ, τὸ μὲν παράδειγμα τοιόνδέ τι, ὥσπερ εἴ τις λέγοι, "ὅτι δεῖ πρὸς βασιλέα 'παρασκευάζεσθαι, καὶ μὴ ἐᾶν 'Αἴγυπτον χειρώσασθαι· καὶ 'γὰρ πρότερον Δαρεῖος, οὐ 'πρότερον διέβη πρὶν Αἴ'γυπτον λαβεῖν· λαβὼν δὲ, 'διέβη· καὶ πάλιν, "Ξέρξης 'οὐ πρότερον ἐπεχείρησε, 'πρὶν ἢ ἔλαβε· λαβὼν δὲ, 'διέβη· ὥστε καὶ οὗτος, ἂν λά'βῃ, διαβήσεται· διὸ οὐκ 'ἐπιτρεπτέον. 5. Παραβολὴ δὲ, τὰ Σωκρατικά· οἷον, εἴ τις λέγοι, "ὅτι οὐ δεῖ τοὺς 'κληρωτοὺς ἄρχειν· ὅμοιον 'γὰρ, ὥσπερ εἴ τις τοὺς ἀ'θλητὰς κληροίη, μὴ οἳ ἂν 'δύνωνται ἀγωνίζεσθαι, ἀλλ' 'οἳ ἂν λάχωσιν· ἢ τῶν πλω'τήρων ὅν τινα δεῖ κυβερ'νᾶν κληρώσειεν, ὡς δέον 'τὸν λαχόντα, ἀλλὰ μὴ τὸν 'ἐπιστάμενον. 6. Λόγος δὲ, οἷος ὁ Στησιχόρου πρὸς Φάλαριν, καὶ Αἰσώπου ὑπὲρ τοῦ δημαγωγοῦ· Στησίχορος μὲν γὰρ, ἑλομένων στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῶν Ἱμεραίων Φάλαριν, καὶ μελλόντων φυλακὴν διδόναι τοῦ σώματος, τἆλλα διαλεχθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς λόγον, "ὡς ἵππος κατεῖχε λειμῶνα μόνος· ἐλ'θόντος

ἐλθόντος δ' ἐλάφου, καὶ διαφθείροντος τὴν νομὴν, βουλόμενος τιμωρήσασθαι τὸν ἔλαφον, ἠρώτα τὸν ἄνθρωπον, εἰ δύναιτο μετ' αὐτοῦ κολάσαι τὸν ἔλαφον· ὁ δ' ἔφησεν, ἐὰν λάβῃ χαλινὸν, καὶ αὐτὸς ἀναβῇ ἐπ' αὐτὸν, ἔχων ἀκόντια· συνομολογήσαντος δὲ, καὶ ἀναβάντος, ἀντὶ τοῦ τιμωρήσασθαι, αὐτὸς ἐδούλευσεν ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ· οὕτω δὲ καὶ ὑμεῖς, ἔφη, ὁρᾶτε, μὴ τοὺς πολεμίους βουλόμενοι τιμωρήσασθαι, ταὐτὰ πάθητε τῷ ἵππῳ· τὸν μὲν γὰρ χαλινὸν ἤδη ἔχετε, ἑλόμενοι στρατηγὸν αὐτοκράτορα· ἐὰν δὲ φυλακὴν δῶτε, καὶ ἀναβῆναι ἐάσητε, δουλεύσετε ἤδη Φαλάριδι. 7. Αἴσωπος δὲ ἐν Σάμῳ συνηγορῶν δημαγωγῷ κρινομένῳ περὶ θανάτου, ἔφη, "ἀλώπεκα διαβαίνουσαν ποταμὸν, ἀπωσθῆναι εἰς φάραγγα· οὐ δυναμένην δὲ ἐκβῆναι, πολὺν χρόνον κακοπαθεῖν, καὶ κυνοραϊστὰς πολλοὺς ἔχεσθαι αὐτῆς· ἐχῖνον δὲ πλανώμενον, ὡς εἶδεν αὐτὴν κατοικτείραντα ἐρωτᾶν, εἰ ἀφέλοι αὐτῆς τοὺς κυνοραϊστάς· τὴν δὲ οὐκ ἐᾶν· ἐρομένου δὲ διὰ τί, φάναι, ὅτι οὗτοι μὲν πλήρεις μου ἤδη εἰσὶ, καὶ ὀλίγον ἕλκουσιν αἷμα· ἐὰν δὲ τούτους ἀφέλῃ, ἕτεροι ἐλθόντες πεινῶντες, ἐκπιοῦνταί μου τὸ λοιπὸν αἷμα· ἀτὰρ οὖν καὶ ὑμᾶς, ἔφη, ὦ ἄνδρες Σάμιοι, οὗτος μὲν οὐδὲν ἔτι βλάψει· πλούσιος γάρ ἐστιν· ἐὰν δὲ τοῦτον ἀποκτείνητε, ἕτεροι ἥξουσι πένητες, οἳ ὑμῖν ἀναλώσουσι τὰ κοινὰ κλέπτοντες. ¶ 8. Εἰσὶ δ' οἱ λόγοι δημηγορικοὶ, καὶ ἔχουσιν ἀγαθὸν τοῦτον, ὅτι πράγματα μὲν εὑρεῖν ὅμοια γεγενημένα, χαλεπόν· λόγους δὲ ῥᾷον·

tem *eò* veniret cervus, & pascuum *illud* corrumperet; cervum ulcisci cupiens, interrogavit hominem, An posset, *& vellet*, ejus operâ mulctare cervum? Ille verò affirmavit; si *modò is ore* acciperet frænum, & ipse jaculis armatus, in ejus *dorsum* conscenderet: cùm autem conditionem accepisset, & *ille eum* conscendisset, pro vindictâ, *quam de cervo capere sperabat*, ipse servus homini factus est: [n] Sic verò etiam vos videte, inquit, ne cùm hostes ulcisci velitis, eadem patiamini, quæ equus: Frænum enim jam habetis, quòd elegeritis ducem, cum imperio summo; si verò *etiam* custodiam tradideritis, & *quasi humeris* conscendere permiseritis, servietis confestim Phalaridi. 7. Æsopus verò in Samo, cùm patronus esset Ductori populi de capite causam agenti, dixit; "Vulpem, cùm trajiceret flumen, *aquarum impetu* decidisse in voraginem; *undè* cùm minimè posset exire, diù malè affectam esse, & caninas muscas multas ipsi adhæsisse: *Erinaceum* verò *fortè illùc* vagantem, ut vidit ipsam, misericordiâ captum, interrogasse, nùm abigeret ab ipsâ caninas muscas? Eam verò non permisisse: Quærente *illo*, Quâ de causâ? dixisse; Quoniam istæ quidem, plenæ mei jam sunt, & parùm sanguinis sugunt; si verò has abegeris, aliæ supervenientes famelicæ, exhaurient mihi reliquum sanguinis: [l] Igitur etiam vobis, inquit, ô viri Samii, iste non ampliùs *jam reipublicæ* nocet: Est enim dives *jam factus*: Si verò hunc interfeceritis, alii accedent pauperes, qui vobis dilapidabunt, *æraria* publica depeculantes. ¶ 8. [a] Sunt autem Logi concionibus accommodati; & hoc habent commodi, quòd res quidem similes *similitèr* gestas *i. exempla* invenire, difficile *est*: Logos verò, facilius: Nam

n 'Ανταπόδοσις, & *vis Logi*: *Timere* merito *Himerenses* debere, *ne similem exitum* consecuti, *libertatem* amittant.

Æsopus, cum patrocinio suo *tueretur* salutem improbi *ducis*, qui quæstui habuisset rempub.; proposuit *logum de vulpe*, quæ ricinos, *i. muscas*, illius cuti adhærentes, *noluit avelli*; quia *præstaret illos* manere, *jam saturos*, sc. nec multum sanguinis sucturos: Iis enim abactis, accessuros alios *famelicos*, *qui reliquum* ipsi *cruorem* cito *absumerent*.

l 'Απόδοσις, & *vis legi*; *Ducem illum* à rep. *minime removendum* esse, utpote *divitem* factum, parumque deinceps obfuturum: superventuros *alios pauperes*, *qui* publicis *vectigalibus* domum *aversis*, *ærarium* funditus *exhauriant*.

20, [*Quando*, & *Quibus exemplis in oratione, usus sit?*] *Logi* enim, sicut & cætera exempla, *locum* quendam *habeat in concionibus*; & *facilius* quidem *inveniuntur*, quam exempla vera:

n *Exempla* autem *vera*, licet *difficilius inveniantur*, *Concionibus* tamen *utiliora* sunt, quam Logi, & Parabolæ.

o [*Quomodo autem utendum erit exemplis?*] *Deficiente* sane *Enthymemate*, si res aliter non ferat, *exemplum* pro ratione *adhibendum*:

p *Enthymemati* autem *suppetenti subjiciendum exemplum*, vice testimonii.

q Rat. Quia *exempla*, *si ante enthymemata* collocentur, cum *specimen Inductionis* habeant, *raro* parumq; *orationi* sunt *accommodata*:

r *Si post enthymemata* afferantur, *similitudinem testimoniorum gerunt*; quæ passim auctoritate suâ fidem faciunt.

s Unde *Qui exempla primo loco ponet*, *necessario* tenetur, *plurima illic ponere exempla*, quæ Inductionem repræsentent.

t Qui *postponit*, ei hâc molestiâ liberato, *unum etiam* ad causam satis fuerit.

u *Complex. dict.* x à partic. 3a, Et y à partic. 9a ad finem, Et z part. 8a.

Nam confingere *eos* oportebit, uti etiam Parabolas; modo quis simile *in rebus* intueri possit; id quod facilius *factu* est ex Philosophia. 9. [n] Ac facilius quidem apparantur logi, & *Parabolæ*; sed utiliora ad consultandum sunt, *Exempla*, *quæ* ex rebus gestis *sumuntur*: Similia enim plerunque *sunt* futura præteritis. ¶ 10. [o] Oportet autem *Oratorem*, cum Enthymemata quidem non habeat, exemplis uti, tanquam demonstrationibus: (Per hæc enim fides *fieri poterit*:) [p] Cum verò habeat *Enthymemata*, *oportebit eis uti*, tanquam testimoniis; *ita* ut post Enthymemata pro Epilogis *ea ipsa* adhibeat. 11. [q] *Exempla* enim *Enthymemati* præposita, similia sunt Inductioni: (Oratoriis autem non *est* accommodata Inductio, nisi paucis *admodum in locis*:) [r] Subjecta verò, testimoniis: Testis autem, ubique ad persuadendum *est* adpositus. [s] Quamobrem etiam *eum qui Enthymematis illa* præponit, necesse *est* multa *exempla* dicere; [t] *eum* verò qui subjicit, *vel* unum etiam satis: Testis enim fide dignus, etiam unus, utilis *est*. [u] Ac [x] Quot quidem species exemplorum *sint*, & [y] Quomodo ipsis, & [z] Quandò utendum, dictum est.

ποιῆσαι γὰρ δεῖ ὥσπερ καὶ παραβολὰς, ἄν τις δύνηται τὸ ὅμοιον ὁρᾶν, ὅπερ ῥᾷόν ἐστιν ἐκ φιλοσοφίας. 9. Ῥᾴω μὲν οὖν πορίσασθαι, τὰ διὰ τῶν λόγων· χρησιμώτερα δὲ πρὸς τὸ βουλεύσασθαι, τὰ διὰ τῶν πραγμάτων· ὅμοια γὰρ ὡς ἐπιτοπολὺ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγονόσι. ¶ 10. Δεῖ δὲ χρῆσθαι τοῖς παραδείγμασι μὴ ἔχοντα μὲν ἐνθυμήματα, ὡς ἀποδείξεσιν· ἡ γὰρ πίστις διὰ τούτων· ἔχοντα δὲ, ὡς μαρτυρίοις, ἐπιλόγοις χρώμενον ἐπὶ τοῖς ἐνθυμήμασι. 11. Προτιθέμενα μὲν γὰρ ἔοικεν ἐπαγωγῇ· (τοῖς δὲ ῥητορικοῖς οὐκ οἰκεῖον ἐπαγωγὴ, πλὴν ἐν ὀλίγοις) ἐπιλεγόμενα δὲ, μαρτυρίοις· ὁ δὲ μάρτυς, πανταχοῦ πιθανός· διὸ καὶ προτιθέντι μὲν, ἀνάγκη πολλὰ λέγειν· ἐπιλέγοντι δὲ, καὶ ἓν ἱκανόν· μάρτυς γὰρ πιστὸς καὶ εἷς χρήσιμος· πόσα μὲν οὖν εἴδη παραδειγμάτων, καὶ πῶς αὐτοῖς, καὶ πότε χρηστέον, εἴρηται.

De sententia.

CAP. XXII.

Primum, Sententia quid sit, Par. 1. *Et Quot ejus species, à Par.* 3. *Deinde Quomodo utendum sit sententiis, præcepta, à Par.* 8. *Et Quam utilitatem habeant, à Par.* 20.

a De *sententiâ pronunciandâ*, præcipiendum erit, *præmissâ* ejus *definitione* & *specieb.*

1. Definitur igitur, Enunciatio de reb. *universalibus*, &c.

[a] DE SENTENTIÆ dictione autem, cum dictum fuerit, Quid sit Sententia; *res* maxime manifesta fuerit, & de Qualibus, & Quando, & Quibus *hominibus* conveniat Sententiæ dictione uti in orationibus. — [1] Est autem Sententia, Enunciatio, non

ΠΕρὶ δὲ γνωμολογίας, ῥηθέντος * τί ἐστι γνώμη, μάλιστ' ἂν γένοιτο φανερὸν, περὶ ποίων † τε, καὶ πότε ||, καὶ τίσιν * ἁρμόττει χρῆσθαι τῷ γνωμολογεῖν ἐν τοῖς λόγοις· ἔστι δὲ γνώμη, ἀπόφανσις, οὐ μέν-

* Infrà part. hâc.
† Par. 9.
|| Par. 14.
* Par. 11.

μένοι περὶ τῶν καθ' ἕκαστον, οἷον, "ποῖός τις Ἰφικράτης· ἀλλὰ καθόλου· οὔτε περὶ πάντων καθόλου, οἷον, "ὅτι τὸ εὐθὺ τῷ καμπύλῳ ἐναντίον· ἀλλὰ περὶ ὅσων αἱ πράξεις εἰσὶ, καὶ αἱρετὰ ἢ φευκτά ἐστι πρὸς τὸ πράττειν. 2. Ὥστ' ἐπεὶ τὰ ἐνθυμήματα ὁ περὶ τούτων συλλογισμός ἐστι σχεδὸν, τά τε συμπεράσματα τῶν ἐνθυμημάτων καὶ αἱ ἀρχαὶ, ἀφαιρεθέντος τοῦ συλλογισμοῦ, γνῶμαί εἰσι· οἷον,

" Χρὴ δ' οὔποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ,
" Παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς.

Τοῦτο μὲν οὖν γνώμη· προστεθείσης δὲ τῆς αἰτίας, καὶ τοῦ διατί, ἐνθύμημά ἐστι τὸ ἅπαν· οἷον,

" Χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας,
" Φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ· καὶ τὸ,
" Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ· καὶ τὸ,
" Οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν ὅστις ἔστ' ἐλεύθερος· γνώμη· πρὸς δὲ τῷ ἐχομένῳ, ἐνθύμημα·
" Ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν, ἢ τύχης.

¶ 3. Εἰ δή ἐστι γνώμη τὸ εἰρημένον, ἀνάγκη τέτταρα εἶναι γνώμης εἴδη· ἢ γὰρ μετ' ἐπιλόγου ἔσται, ἢ ἄνευ ἐπιλόγου· ἀποδείξεως μὲν οὖν δεόμεναί εἰσιν, ὅσαι παράδοξόν τι λέγουσιν, ἢ ἀμφισβητούμενον· ὅσαι δὲ μηδὲν παράδοξον, ἄνευ ἐπιλόγου. 4. Τούτων δ' ἀνάγκη, τὰς μὲν, διὰ τὸ προεγνῶσθαι, μηδὲν δεῖσθαι ἐπιλόγου· οἷον,

" Ἀνδρὶ δ' ὑγιαίνειν ἄριστόν ἐστιν, ὥς γ' ἡμῖν δοκεῖ.

tamen de singularibus; velut, "Qualis *sit* Iphicrates, sed de universalibus; neque de omnibus universalibus; velut, *cum dicitur*; "Rectum curvo contrarium *esse*; [b] sed de *iis* quorumcunque sunt actiones, & quæ in agendo expetenda, vel fugienda sunt. 2. [c] Quare, quoniam Enthymemata fere sint is *ipse*, *qui* de talibus *rebus sit*, Syllogismus; [d] *Certe* dempto *ipso* Syllogismo, Enthymematum & conclusiones & principia, erunt *ipsæ* sententiæ: [e] velut,

" [1] Nunquam *oportet* eum, *qui prudenti ingenio præditus est vir*,
" *Liberos nimis, ut sapientes* fiant, *instituere*:

Atque hoc quidem *est* sententia; Addita vero causa, & Quamobrem, totum erit Enthymema:

Veluti *ibidem*;

" *Nam præter reliquam, quam habent, ignaviam,*
" *Invidiam à* suis *civibus acquirunt infestam*: [2] Et illud,
" *Nemo est*, *qui in omnibus sit vir beatus*: [3] Et illud,
" *Non est hominum quisquam qui sit liber*; Sententia *est*: *Addito* autem *eo* quod sequitur, *fiet* Enthymema;
" *Aut enim pecuniarum servus est*, *aut fortunæ*.

¶ 3. [a] Si igitur sententia, est *id* quod dictum *est*, necesse *est* quatuor esse sententiæ species: Aut enim cum epilogo *seu ratione necessario adjecta erunt*, aut sine epilogo: f Ac demonstrationis quidem *seu epilogi* indigentes, sunt *illæ*, quæcunque aliquid dicunt, *quod est* præter communem opinionem, vel controversum *est*: [g] Quæcunque verò nihil præter opinionem *dicunt*, *ea proferuntur* absque Epilogo. 4. [h] Ex his autem *quæ absq; Epilogo proferendæ*, necesse *est* [i] alias quidem, nihil Epilogo indigere; quia *hominibus* ante sint cognitæ; velut,

" *Viro autem valere, optimum est, sicut nobis sane videtur*:

Sic

b *Iisq;* nimirum, *quæ ad actiones humanas solum pertinent.*

c Et proin (quod ad *Definitum ipsum*:) Cum Enthymemata sint argumentationes de reb. iis, quales esse sententiarum silvam dicimus:

d Sequitur, *extremas & primas Enthymematum partes* (1. *Antecedentem* & *Consequentem*, quæ solitariæ nihil concludunt) *esse sententias.*

e Exempl. sententiarum, 1m, *In genere deliberativo*; ex Euripidis Medæa: verba sunt Medææ.

2m, *In demonstrativo*; ex Schenobæa Euripid. in Prologo.

3m, *In Judiciali*, ex Euripid. Hecubâ; cujus verba sunt hæc ad Agamemnonem.

2o, *Sententiarum genera duo* sunt, quæ subdividuntur in *species quatuor*: Aliæ, *cum Epilogo* seu causâ additâ, esse debent; Aliæ, *sine Epilogo.*

f *Cum epilogo* adnexo erunt *illæ*, *quæ admirabile* aliquid edunt, *aut id de quo non omnes eodem* modo sentiunt:

g *Sine epilogo* autem illæ, *quæ nihil alienum a multorum opinionibus* contineant.

h *Species horum generum* quatuor sunt, hæ: *Earum quæ sine epilogo pronunciandæ*, duæ species:

1a, *Aliæ probatione adjecta non egent*; *quia a te pueres ipsa probata foret*, ita habere intelligebatur.

[2a] *Aliæ*, licet *haud antè* perceptæ essent, *simul tamen editæ*, *simul intellectæ*.

i Exempl. ex Eurpid. Troadib. loquitur Hecuba ad Menelaum.

k *Earum quæ cum epilogo*, (seu subjectâ ratione) *confirmandæ*, duæ etiam species:

[3a] *Aliæ*, sunt *pars solum enthymematis*:

l Exempl. ex Medæa Eurip.

[4a] *Aliæ multum retinent Enthymematis*, *eiusque partes implicatas* habent: unde *Enthymematicæ* meritò appellantur.

m Sunt autem *hæ*, *in quibus*, si attenderis, tanquam *impressa cernitur causa*, quæ te ita sentire & loqui facit.

n Exempl. Senarius antiqui Poëtæ,

o Ex præmiss. *docetur sententiarum usus*: Ac

1o, [*De qualib. rebus usurpandæ sint*?] collig. ex dict. à par. 3. De *rebus enim dubiis*, *aut incredibilibus*, adhibenda est 3a *species*, (de qua par. 6.)

Idque *p* vel *præponendo epilogum*.

q Ex. gr. locum illum Euripidis, si quis contra ac Medæa, confirmaret; causam is priore loco dicet, posteà sententiam proferet: -

r Vel *postponendo*; ut ubi Medæa; Sententiam primum proferet, & subinde confirmabit.

s De *reb. non prorsus incredibilibus*, *sed tamen obscuris*, *convenit* 4a *species* (par. 7.) Sed ita inserto epilogo, ut orbem elegantem, celeremque conficiat.

t Huic negotio *apta sunt etiam Apophthegmata*, tum ea quibus Laconum *breviloqua gens* utebatur;

u Tum, *quæ ænigmatice conformata*, *sensus abditos* habent; velut, illa monitio Stesichori Poëtæ &c.

Sic enim ipsi vulgo *rem se habere*, apparet. 5. [2] Alias verò, simul atq; pronunciantur, perspicuas esse iis, qui intui i fuerint: [i] velut,

" *Nemo amator*, *quisquis non semper amat*.

6. [k] Ex iis verò, *quæ sunt* cum epilogo, [3] aliæ Enthymematis pars sunt; [l] ut,

" Nunquam *oportet* eum, *quisquis prudenti ingenio præditus est* vir.

7. [4] Aliæ Enthymematicæ quidem, sed non Enthymematis pars: Quæ quidem etiam maxime probantur *atque arrident*, *quod celeriter scientiam gignant*: [m] Sunt autem hæ, in quibuscunque *expressa* apparet ejus, quod dicitur, causa: [n] velut in hoc *dicto*,

" *Immortalem iram ne serves*, *cum mortalis sis*.

Cum enim dicitur, " Non oportere semper servare iram, sententia *est*: Quod verò additur; " Cum sis mortalis, causam *sententiæ* exprimit. Simile verò etiam illud,

" *Mortalia oportet mortalem*, *non immortalia mortalem sapere*.

¶ 8. [o] Manifestum *est* igitur ex iis quæ dicta *sunt*, tum QUOT species sint sententiæ, tum [1] de CUJUSMODI *rebus* unaquæq; *earum apte* conveniat: Nam de controversis, aut *de* iis quæ *sunt* præter opinionem, non *utendum erit* sine epilogo, sed [p] aut præponendo epilogum, sententiâ uti oportet loco conclusionis; [q] velut, si quis diceret, " Ac ego quidem, quoniam ' neque invidiæ subjici oportet, neque ' ignavum esse; nego eruditioni operam dandam: [r] Aut *inverso ordine*, hoc prius dicendo, subjicere ea, quæ priora *erant*. 9. [s] De iis autem *rebus*, quæ non omnino præter opinionem *sunt*, sed tamen *obscuræ*, *sententiâ uti convenit*; quam contractissimè & *concinne* adjiciendo causam. 10. [t] Conveniunt verò in ejusmodi *rebus* & *sententiis*, etiam Apophthegmata *illa*, quæ *ob brevitatem* Laconica *sunt*, [n] & *illa*, quæ *propter obscuritatem*, ænigmatum

φαίνεται μὲν γὰρ τοῖς πολλοῖς οὕτω. 5. Τὰς δ' ἅμα λεγομένας, δήλας εἶναι ἐπιβλέψασιν· οἷον,

" Οὐδεὶς ἐραστὴς *, ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ.

6. Τῶν δὲ μετ' ἐπιλόγου, αἱ μὲν, ἐνθυμήματος μέρος εἰσίν· ὥσπερ,

" Χρὴ δ' † οὔποθ' ὅστις ἀρτίφρων.

7. Αἱ δ' ἐνθυμηματικαὶ μὲν, οὐκ ἐνθυμήματος δὲ μέρος· αἵπερ καὶ μάλιστα εὐδοκιμοῦσιν· εἰσὶ δ' αὗται, ἐν ὅσαις ἐμφαίνεται τοῦ λεγομένου τὸ αἴτιον· οἷον ἐν τῷδε,

" Ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.

τὸ μὲν γὰρ φάναι, " μὴ ' δεῖν ἀεὶ φυλάττειν τὴν ὀργὴν, γνώμη· τὸ δὲ προσκείμενον, " θνητὸν ὄντα, τὸ διὰ τί λέγει· ὅμοιον δὲ καὶ τό,

" Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν ||, οὐκ ἀθάνατον τὸν θνατὸν φρονεῖν.

¶ 8. Φανερὸν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων πόσα τε εἴδη γνώμης, καὶ περὶ ποῖον ἕκαστον ἁρμόττει· περὶ μὲν γὰρ τῶν ἀμφισβητουμένων, ἢ παραδόξων, μὴ ἄνευ ἐπιλόγου, ἀλλ' ἢ προθέντα τὸν ἐπίλογον, γνώμῃ χρῆσθαι τῷ συμπεράσματι· οἷον, εἴ τις εἴποι· " ἐγὼ μὲν οὖν, ἐ' πειδὴ οὔτε φθονεῖσθαι δεῖ, ' οὔτ' ἀργὸν εἶναι, οὔ φημι ' χρῆναι παιδεύεσθαι· ἢ τοῦτο προειπόντα, ἐπειπεῖν τὰ ἔμπροσθεν. 9. Περὶ δὲ τῶν μὴ παραδόξων, ἀδήλων δὲ, προστιθέντα τὸ διότι στρογγυλώτατα. 10. Ἁρμόττει δ' ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ τὰ Λακωνικὰ ἀποφθέγματα, καὶ τὰ αἰνιγματώδη·

* Conjun. Endem. lib. 7. c. 7.

† Conjun. pa. 2.

|| Conjun. 10 Ethic. cap. 7.

τώδη· οἷον, εἴ τις λέγοι ὅπερ Στησίχορος ἐν Λοκροῖς εἶπεν *, " ὅτι οὐ δεῖ ὑβρι-' στὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ ' τέττιγες χαμόθεν ᾄδωσιν. 11. Ἁρμόττει δὲ γνωμολογεῖν, ἡλικίᾳ μὲν πρεσβυτέρῳ· περὶ δὲ τούτων ὧν ἔμπειρός τις ἐστίν. 12. Ὡς τὸ μὲν μὴ τηλικοῦτον ὄντα γνωμολογεῖν, ἀπρεπές, ὥσπερ καὶ τὸ μυθολογεῖν. 13. Τὸ δὲ περὶ ὧν ἄπειρος, ἠλίθιον, καὶ ἀπαίδευτον· σημεῖον δ' ἱκανόν· οἱ γὰρ ἀγροῖκοι μάλιστα γνωμοτύποι εἰσὶ, καὶ ῥᾳδίως ἀποφαίνονται. 14. Καθόλου δὲ μὴ ὄντος καθόλου εἰπεῖν, μάλιστα ἁρμόττει ἐν σχετλιασμῷ, καὶ δεινώσει· καὶ ἐν τούτοις †, ἢ ἀρχόμενον, ἢ ἀποδείξαντα. 15. Χρῆσθαι δὲ δεῖ καὶ ταῖς τεθρυλλημέναις καὶ κοιναῖς γνώμαις, ἂν ὦσι χρήσιμοι· διὰ γὰρ τὸ εἶναι κοιναὶ, ὡς ὁμολογούντων ἁπάντων, ὀρθῶς ἔχειν δοκοῦσιν· οἷον παρακαλοῦντι εἰς τὸ κινδυνεύειν μὴ θυσαμένους,

" Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης·

καὶ ἐπὶ τὸ ἥττους ὄντας,

" Ξυνὸς ἐνυάλιος· --- καὶ ἐπὶ τὸ ἀναιρεῖν τῶν ἐχθρῶν τὰ τέκνα καὶ μηδὲν ἀδικοῦντα·

" Νήπιος ‖, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείποι.

16. Ἔτι ἔνιαι τῶν παροιμιῶν καὶ γνῶμαί εἰσιν· οἷον παροιμία, Ἀττικὸς πάροικος. 17. Δεῖ δὲ τὰς γνώμας λέγειν, καὶ παρὰ τὰ δεδημοσιευμένα, (λέγω δὲ δεδημοσιευμένα, οἷον τὸ, ' γνῶθι σεαυτόν· καὶ τὸ,

* Conjun lib. 3. ca. 11. pa. 7.

† Conjun. pa. 8.

‖ Conjun. lib. 1. ca. 16. pa.

speciem habent: velut, si quis diceret, quod Stesichorus apud Locrenses locutus est; Non oportere *vicinis po-* ' *pulis* contumeliosos esse, ne *devastatâ* ' *patriâ*, cicadæ humi canant. 11. [a] Sententias verò *in dicendo* proferre, *illum* quidem decet, qui ætate est provectior; sed de iis *tamen rebus*, quarum quis est peritus. 12. [x] Quasi eum quidem, qui ne tantillæ ætatis est, *i. puer*, proferre sententias indecorum *sit*, ut etiam Fabulas Deorū narrare. 13. [y] De iis verò, quorum *est* imperitus, *sententiose loqui*, stultū *sit*, atque ineruditum: [z] Signum autem *hujus rei* idoneum *est quod* rustici *ob inscitiam*, maxime sententiarum compositores sunt; & facile eas *de re quavis* enunciant. 14. [3] *Sententia* autem [1] quæ universaliter *vera* non est, *eam*, *quasi vera sit*, universaliter dicere, *hoc* solum in Conquestione, & Exaggeratione locum habet; [a] Atque in his *quidem*, vel ut, postposito epilogo, *à sententiâ* incipias, vel cum demonstraveris, *eandem adjicias*. 15. [2] Oportet autem [1] uti etiam pervulgatis, & communibus sententiis *in quâvis orationis parte*, si *causæ nostræ* sint utiles: Nam quia sunt *in usu* communes, quasi confitentibus omnibus, recte *se* habere videntur: [b] velut ei qui adhortatur ad periculum subeundum *eos*, qui *rite* sacrificiū non persecerint, *utile illud*,

" *Unum augurium optimum defendere patriam*:

[c] Et *eos* qui *adversariis* sunt *viribus* inferiores, *ad dimicandum*, illud,

" *Mars belli communis.*—— Et ad tollendos inimicorum liberos, tametsi nihil injuriæ fecerint;

" *Stultus, qui cæso patre, liberos* superstites *reliquerit*.

16. [a] Præterea, ex Proverbiis nonnulla, etiam sententiæ sunt; velut proverbium *illud*; " Atticus inquilinus vitandus 17. [3] Sententias autem *eas*, quæ etiam pervulgatis *illis dictis* adversantur, (dico autem pervulgata; velut illud, " Nosce teipsum; & illud

U *Chilonis*,

2°, [*A quibus sententiæ dicendæ?*] A *senioribus sci.* & *rerum de quibus dicuntur*, *peritis*: Hæc duo juncta, auctoritatem pondusque afferent:

x Nam, *Et absurdum* esset, *si teneræ* quisquam *ætatis*, sententias *effutiat*;

y Et *rudis ingenii proprium*, *si* sententiam *crepet de reb. ignotis*, quarumq; usum habeat nullum.

z Hinc, *Agrestes* homines, *sententias* stulte *cudere*, & præcepta audacter fundere solent *de rebus*, *quarum* plane *sunt* ignari, ac rudes.

3°, [*Quando, & Ubi maxime adducendæ*, ne explodantur?] præcept. 1m; *Sententiis non universaliter veris*, tanquam universalib. *uti & conformare permissum* est, *cum affectu* graviori *commoti* fuerint.

a Idque vel *postponendo* epilogum, vel *præponendo*.

2m Præcept. bimembre; [1] *Sententiis aliorum* jam *formatis* vulgoq; jactatis, *ubique locus* in oratione *conceditur*, si causam adjuvent: Quales sunt *auctorum sententiæ*, *communi usu*, & judicio *comprobatæ*:

b Ex. gr. Si quis *hortetur ad prælium eos*, *qui litare non potuerint*; sententia illa apta est, quam Hector contra Polydamantem augurem pronunciavit, Iliad. 12.

c Si verò *eos*, *qui inferiores sunt*; conveniet illa, quâ etiam idem contra eundem usus est, Iliad. 18.

d Si quis autem *hortetur*, *ad interficiendos inimicorum liberos*, uti poterit sententiâ illâ Stasini Poetæ, &c.

2 Admittenda *etiam proverbia* nonnulla, quæ *sententiis succedanea* sint; siquidem admonent, quomodo se quis in vitâ gerere debeat.

3m Præcept. *Sententiis etiam uti* licet iis, *quæ pervulgatas criminentur*, ut improbas:

e *Non temere* quidem, & passim; *sed temporibus solum duobus*;

f *Uno tempore*; Cum, *animo commoto*, declares *te abhorrere ab existimationibus illis*, & factis.

g *Altero*; Cum *ex earum* sententiarum *insectatione*, *probum te* & prudentem *videri*, *moresque* meliores *indicare velis*; quos *orationi tuæ adspergere* poteris 2b. *modis*;

h Vel *præelectionem* tuam ipsâ verborum phrasi *detegendo*:

i Vel *causam repudiatæ vulgatæ* sententiæ *indicando*.

k Exempl. 2i *modi*.

l Exempl. 1i *modi*, unum,

m Alterum.

n *Utilitates sententiæ* suo loco positæ, *Duæ* sunt: *Una*, quod *arripiant auditorem*, *suis rebus*, & opinione prudentiæ *captum*.

o Cum enim *universalem* sententiam audit, quam *de rebus suis* prius habuit, *gaudet* ipse secum; *acuminis* hoc sui argumentum ratus, *quasi a nullo admonitus*, *idem* cum oratore antea *sensisset*.

p *Ratio* dicti; simulq; *explicatio Quomodo tales* (quæ auditorem capiant) *inveniantur*:

q Sententia enim, *est enunciatio de re in universum*:

r Cum autem Auditores universim enunciari audiant, quod ipsi antea in parte verum judicabant, mirifice *delectantur opinione solertiæ suæ*; cum opiniones suas jam confirmari, seque sibi ipsis sapientiores esse videant.

s Quocirca *ad sententias has formandas*, *primum occultas oportebit*, *eorum qui te audiunt*, *sententias* sagacissime *odorari*.

t Et dein, cum perspexeris

Chilonis, "Ne quid nimis:) *Eas*, *inquam*, dicere oportet, *e* quando aut mores *inde* apparituri sint meliores, aut cum *vehementiori* affectu dictum sit: Cum affectu quidem, *dictum est*, *f* si quis iratus dixerit, "Falsum esse '*illud pervulgatum*, Oportere se ipsum 'nosse: Ergo hic *hercle* si semetipsum 'cognosceret, nunquam, *Prætor* ut 'exercitum duceret, petiisset. 18. *g* Mores verò meliores *apparent*, *si quis Biantis sententiam sic invertat*, 'Non oportet, ut ajunt, amare tanquam osurum, sed magis odio habere, tanquam amaturum. 19. *h* Opus autem est, vel *ipso* dictionis genere præelectionem *tuam* aperire; *i* sin minus, causam *seu rationem* subjicere: *k* veluti, aut sic dicendo; "Oportet 'amare, non ut ajunt, sed tanquam 'semper amaturum: Insidiatoris n. 'alterum *est*: *l* Aut sic, "Haud placet 'mihi quod dicitur; oportet enim verum amicum, tanquam amaturum 'semper, amare: *m* "Neque illud '*placet*, Nequid nimis: oportet enim 'malos sane valde *seu immoderato* odio 'prosequi. ¶ 20. *n* Afferunt verò orationibus *ejusmodi Sententiæ*, auxilium magnum; *1* unum quidem propter vanitatem auditorum: *o* Gaudent enim, si quis universaliter *quicquam* pronuncians, inciderit in opiniones, quas illi in parte *de privatis rebus* habent: *p* Quod autem dico, perspicuum erit sic; & simul *constabit*; Quomodo oporteat indagare ipsas: *q* Sententia enim, uti dixi, est enunciatio universalis: *r* Gaudent autem *Auditores*, cum universaliter dicitur *id*, quod prius *ipsi* in parte verum esse existimant: veluti, si quis forte vicinis uteretur, aut filiis improbis, *libenter* admitteret *sententiam ejus*, qui *in cursu orationis* diceret, "Nihil vicinitate molestius; aut, "Nihil dementius filiorum procreatione: *s* Quare conjicere, *&* explorare *aliquâ viâ* oportet, quales opiniones *Auditores ante animo* conceperint: *t* *Atque* ita demum de hujus-

'μηδὲν ἄγαν·) ὅταν ἢ τὸ ἦθος φαίνεσθαι μέλλῃ βέλτιον, ἢ παθητικῶς εἰρημένον ᾖ· ἔστι δὲ, παθητικῶς μὲν, εἴ τις ὀργιζόμενος φαίη, "ψεῦδος 'εἶναι, ὡς δεῖ γιγνώσκειν αὐ'τόν· οὗτος γοῦν εἰ ἐγίγνω'σκεν αὑτὸν, οὐκ ἄν ποτε στρατηγεῖν ἠξίωσε· τὸ δὲ ἦθος βέλτιον, "ὅτι 'οὐ δεῖ, ὥσπερ φασὶ, φι'λεῖν ὡς μισήσοντα, ἀλλὰ 'μᾶλλον μισεῖν ὡς φιλή'σοντα. 19. Δεῖ δὲ τῇ λέξει τὴν προαίρεσιν δηλοῦν· εἰ δὲ μὴ, τὴν αἰτίαν ἐπιλέγειν· οἷον, ἢ οὕτως εἰπόντα, "ὅτι δεῖ φιλεῖν, 'οὐχ ὥσπερ φασὶν, ἀλλ' 'ὡς ἀεὶ φιλήσοντα· ἐπι'βούλου γὰρ θάτερον· ἢ ὧδε, "οὐκ ἀρέσκει δέ μοι τὸ λε'γόμενον· δεῖ γὰρ τόν γε 'ἀληθινὸν φίλον, ὡς φιλή'σοντα αἰεὶ φιλεῖν· καὶ "οὐδὲ 'τὸ μηδὲν ἄγαν· δεῖ γὰρ 'τούς γε κακοὺς ἄγαν μισεῖν. ¶ 20. Ἔχουσι δ' εἰς τοὺς λόγους βοήθειαν μεγάλην, μίαν μὲν δὴ διὰ τὴν φορτικότητα τῶν ἀκροατῶν· χαίρουσι γὰρ, ἐάν τις καθόλου λέγων, ἐπιτύχῃ τῶν δοξῶν, ἃς ἐκεῖνοι κατὰ μέρος ἔχουσιν· ὃ δὲ λέγω, δῆλον ἔσται ὧδε· ἅμα δὲ καὶ πῶς δεῖ αὐτὰς θηρεύειν· ἡ μὲν γὰρ γνώμη, ὥσπερ εἴρηται *, καθόλου ἀπόφανσίς ἐστι· χαίρουσι δὲ καθόλου λεγομένου, ὃ κατὰ μέρος προϋπολαμβάνοντες τυγχάνουσιν· οἷον, εἴ τις γείτοσι τύχῃ κεχρημένος, ἢ τέκνοις φαύλοις, ἀποδέξαιτ' ἂν τοῦ εἰπόντος,

"Οὐδὲν γειτονίας χαλεπώτερον· ἢ,

" Ὅτι οὐδὲν ἠλιθιώτερον τεκνοποιίας· ὥστε δεῖ στοχάζεσθαι, πῶς τυγχάνουσι, ποῖα προϋπολαμβάνοντες· εἶθ' οὕτω

*Par. 1.

περὶ

περὶ τούτων καθόλου λέγειν· ταύτην γὰρ δεῖ μίαν χρῆσιν ἔχειν τὸ γνωμολογεῖν. 21. Καὶ ἑτέραν κρείττω· ἠθικοὺς γὰρ ποιεῖ τοὺς λόγους· ἦθος δ' ἔχουσι λόγοι, ἐν ὅσοις δήλη ἡ προαίρεσις· αἱ δὲ γνῶμαι πᾶσαι τοῦτο ποιοῦσι, διὰ τὸ ἀποφαίνεσθαι τὸν τὴν γνώμην λέγοντα καθόλου περὶ τῶν προαιρετῶν *· ὥστ' ἂν χρησταὶ ὦσιν αἱ γνῶμαι, καὶ χρηστοήθη φαίνεσθαι ποιοῦσι τὸν λέγοντα· περὶ μὲν οὖν γνώμης, καὶ τί ἐστι, καὶ πόσα εἴδη αὐτῆς, καὶ πῶς χρηστέον αὐταῖς, καὶ τίνα ὠφέλειαν ἔχει, εἰρήσθω τοσαῦτα.

* Conjun. par. 1.

modi *rebus* in universum *sententias* dicere: Atque hæc quidem una *est* utilitas, quam Sententiarum dictio *in se* habere debet. 21. * Altera verò *etiam est* præstantior; siquidem orationes *nostras* moratas efficit *Sententia*: [u] Mores verò habent orationes *illæ*, in quibuscunque perspicua *est dicentis* prælectio: [x] Sententiæ autem omnes, hoc præstant, quia *is*, qui sententiam dicit, in universum pronunciat de *rebus* iis quæ præeligenda *sunt*: [y] Quare si bonæ sint sententiæ, efficiunt etiam ut is qui dicit, bonis moribus *præditus esse* appareat. [z] Ac de Sententia quidem, & [a] QUID sit, & [b] QUOT *sint* species ipsius: & [c] Quomodo utendum *sit* ipsis, & [d] Quam Utilitatem habeant, hæc dicta sunto.

quid *illi* in parte sentiant *id te generatim proferre*, & *cum animis eorum conspirare*.
* *Altera utilitas*, major est: *Quod sententiarum dictio*, universim quidem, in oratione *mores dicentis exprimit* (sive *bonos*, sive *malos*:)
u Speciatim, *Bonæ sententiæ exprimunt bonos. Mores* enim ibi *apparent*, *ubi electio* dicentis perspicitur.
x Atqui *electionem sententia omnis exprimit* de iis, quæ expetuntur in vita, &c. Alioqui sententia non foret.
y Quare, *si sententia* sit *proba*, deq; reb. expetendis; *etiam* probam oratoris *indolem videri faciet*.
z Epilog. tum *Præmissor.*
a A part. 1a;
b Et à part. 3a.
c Tum *Demonstrator.* à par. 8.
d Et à part. 20.

Tabula sequent. usque ad finem lib.

De Enthymemat. communib. inveniendis: ac	1°, *De methodo viâq; indagandi ipsa communiter:*	Cap. 23.
	2, *De ipsorum communibus Locis:*	à c. 23.

De methodo inveniendi; i. De *Selectu propositionum insitarum; atq; earum quæ quæstioni sunt proximæ, non communes.* CAP. XXIII.

Περὶ δὲ ἐνθυμημάτων καθόλου τε εἴπωμεν, τίνα τρόπον δεῖ ζητεῖν· καὶ μετὰ ταῦτα, τοὺς τόπους· ἄλλο γὰρ εἶδος ἑκατέρου τούτων ἐστίν. 2. Ὅτι μὲν οὖν τὸ ἐνθύμημα συλλογισμός τίς ἐστιν, εἴρηται πρότερον † καὶ πῶς συλλογισμός· καὶ τί διαφέρει τῶν διαλεκτικῶν· οὔτε γὰρ πόρρωθεν, οὔτε πάντα δεῖ λαμβάνοντα συνάγειν· τὸ μὲν γὰρ, ἀσαφὲς, διὰ τὸ μῆκος ‖· τὸ δὲ, ἀδολεσχία, διὰ τὸ φανερὰ λέγειν. 3. Τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ πιθανωτέρους

† Conjun. lib. 1. c. 2.

‖ Conjun. lib. 2. c. 2. pa. 15.

[a] De Enthymematibus verò, dicamus in universum, tum Quomodo *ipsa* oporteat quærere, tum deinceps *etiam ipsorum* Locos: Utriusque enim horum, *Enthymematis & Loci*, species, diversa est. 2. [b] Ac Enthymema quidem, [c] Quod syllogismus quidam sit, & Quomodo syllogismus, dictum est superius, & [d] Quid differat à *syllogismis* Dialecticis: [e] Neq; enim longe *remota*, [f] neq; omnia oportet assumendo *in unum* colligere, *ut quæstionem probes*: Illud enim, (*longe petitum*) obscurum *est* propter *prosyllogismorum* longitudinem; hoc verò, (*valde propinquum*) *est* nugatorium; quia manifesta *vulgoque nota* dicuntur. 3. [g] Hæc enim *est* causa, cur etiam apud plebem &

a De *methodo indagandi Enthymemata* dicturus hoc capite (in sequentibus, enim dicet de eorum Locis:)
b Præmittit [*Ex Qualib. proposit. Enthymemata constant*?] sic: Cum *lib. superior*, de Enthymemate *dictum fuerit*;
c Et *Quid sit syllog*, quidam &c.
d Et *Quomodo differat* à *syllog. Dialectico*: In eo enim (contra ac in Dialect.)
e Nec omnes propositiones quæ dici possint, *congerendæ* sunt; *Id* nimis *garrulum*:
f Nec nimis à re, quâ de agitur, *remotæ* & *universales*; *hoc enim obscuritatem* pareret.
g Rat. *poster. dicti ab effectu*: Unde enim, *apud fæcem populi* promptius *persuadent*, qui literis exculti

Idiotas, inerudiri in persuadendo plus valent, quam eruditi: (* Quemadmodum Poetæ aiunt, "Ineruditos apud turbam concinnius dicere:) [h] Illi enim, *viri docti*, communia & universal a *omnia* dicunt; hi verò, *indocti*, *ea* ex quibus *illi* rem tenent, & quæ *sensui* propinqua *sunt*. 4 [i] Quare dicendum non ex omnibus *iis* quæ videntur, sed ex *certis*, *&* definitis; veluti, *sunt ea quæ videntur*, vel Judicibus, vel *iis* quos *ipsi Judices* approbant: [k] Atque hoc quidem perspicuum esse *debet*, sic apparere, aut omnibus *illis*, aut saltem plurimis. 5. [l] Et non solum colligere *oportet* ex necessariis, sed etiam ex iis, quæ plerunq; *se habent*. 6. [m] Ac primum quidem oportet sumere, [n] quod De quâ *re* dicendum *nobis* est, & syllogismo *oratorio* concludendum, (sive Civili sive quocunque) de eâ *re* necessarium *est* tenere *ea*, quæ *illi rei* insita *sunt*, vel omnia, vel *saltem* aliqua: Nihil *enim tenens*, ex nihilo possis colligere. 7. [o] Dico verò, exempli gratiâ, [1] Quomodo poterimus consulere Atheniensibus, utrum bellandum, an non bellandum *sit*, nisi teneamus, [1] Quæ *sit* potentia ipsorum; utrum navalis, an pedestris, vel utrumque, & ipsa Quanta *sit*? [2] & Qui *sint eorum annui* reditus? [3] & *Qui* amici, vel inimici? Præterea verò, Quæ [4] bella gesserint, & Quomodo? & alia ejusmodi. 8. [p] Et *Quomodo* laudare *eos*, si non teneamus navalem pugnam ad *insulam* Salamina *contra Xerxem*? Aut prælium *pedestre* Marathone *contra Darium commissum*? [q] Aut *ea* quæ pro Heraclidis *Lacedæmone expulsis* gesta *sunt*? Aut aliquid aliud hujusmodi? Nam ex *iis* honestis, quæ insita sunt vel quæ videntur inesse, laudant omnes. [r] Similiter verò, etiam vituperant *Athenienses* ex contrariis, *seu inhonestis*, spectantes quid insit ejusmodi *rerum inhonestarum* in ipsis, aut videatur inesse: veluti, quod Græcos *ad libertatem natos* ad servitutem rede-

ἐστὶ τοὺς ἀπαιδεύτους τῶν πεπαιδευμένων ἐν τοῖς ὄχλοις, ὥσπερ φασὶν οἱ ποιηταὶ "τοὺς ἀπαιδεύτους παρ' ὄχλῳ μουσικωτέρους λέγειν." οἱ μὲν γὰρ τὰ κοινὰ καὶ καθόλου λέγουσιν· οἱ δ' ἐξ ὧν ἴσασι, καὶ τὰ ἐγγύς. 4. Ὥστ' οὐκ ἐξ ἁπάντων τῶν δοκούντων, ἀλλ' ἐκ τῶν ὡρισμένων λεκτέον· οἷον, ἢ τοῖς κρίνουσιν, ἢ οὓς ἀποδέχονται· καὶ τοῦτο δ', ὅτι οὕτω φαίνεται, δῆλον εἶναι ἢ πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις. 5. Καὶ μὴ μόνον συνάγειν ἐκ τῶν ἀναγκαῖον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ὡς ἐπιτοπολύ. 6. Πρῶτον μὲν οὖν δεῖ λαβεῖν, ὅτι περὶ οὗ δεῖ λέγειν καὶ συλλογίζεσθαι, εἴτε πολιτικῷ συλλογισμῷ, εἴθ' ὁποιῳοῦν, ἀναγκαῖον κατὰ τούτου ἔχειν τὰ ὑπάρχοντα, ἢ πάντα, ἢ ἔνια· μηδὲν γὰρ ἔχων, ἐξ οὐδενὸς ἂν ἔχοις συνάγειν. 7. Λέγω δὲ, οἷον, πῶς ἂν δυναίμεθα συμβουλεύειν Ἀθηναίοις, εἰ πολεμητέον, ἢ μὴ πολεμητέον, μὴ ἔχοντες τίς ἡ δύναμις αὐτῶν *, πότερον ναυτικὴ, ἢ πεζικὴ, ἢ ἄμφω· καὶ αὕτη πόση· καὶ πρόσοδοι τίνες· ἢ φίλοι, καὶ ἐχθροί· ἔτι δὲ, τίνας πολέμους πεπολεμήκασι, καὶ πῶς, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα. 8. Καὶ ἐπαινεῖν· εἰ μὴ ἔχοιμεν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, ἢ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην, ἢ τὰ ὑπὲρ Ἡρακλειδῶν πραχθέντα, ἢ ἄλλό τι τῶν τοιούτων· ἐκ γὰρ τῶν ὑπαρχόντων ἢ δοκούντων ὑπάρχειν καλῶν, ἐπαινοῦσι πάντες· ὁμοίως δὲ καὶ ψέγουσιν ἐκ τῶν ἐναντίων, σκοποῦντες τί ὑπάρχει τοιοῦτον αὐτοῖς, ἢ δοκεῖ ὑπάρχειν, οἷον, ὅτι τοὺς Ἕλληνας κατεδουλώσαντο,

* Conjun. lib. 1. ca. 4. pa. 9.

non sint, *quam qui earum scientissimi* (* Cui etiam attestatur Eurip. Hippoltus ad patrem loquens.)

h Resp. *Hoc inde esse*, quod *eruditi universalia*, ex intimis artibus deprompta, *attexant*; *Imperiti* vulgo *notiora* sensuiq; proxima.

i Ex his collig. *Non ex omnibus conficienda* esse *Enthym. sed ex definitis*: quæ quidem *probabilia sint iis*, *apud* quos agitur.

k Iisque, *si non cunctis*, *at* saltem *maximæ illorum parti*.

l Adde: *Constare illa debere, tam ex contingentibus, quam necessariis.*

m His præmiss. Demonstrat *Inveniendi methodum*; sic,

n In *omni Quæst.* (sive propriâ trium generum, sive indefinitâ, &c.) *ad Enthymema conflandum*, *tenenda* sunt *pronunciata* illa, *quæ proprie quæstioni insunt.*

o *Prob. hoc Induction.* 1o enim, Si Quæstio *Toti quidem Nationi propria* sit; puta *Athenienfib.* Si quæratur *in genere Deliberativo*; *An iis bellum gerendum necne?* tenenda sunt *insita quatuor*,
1m, *De ipsorum potentia*,
2m, *De reditibus*.
3m, *De sociis*,
4m, *De bellis antea gestis*.

p *In Demonstrativo etiam*, *ex iis quæ* illi *gesserint*, vel *laudantur*, sicut *Herodotus* copiose *exponit* eorum *victorias contra Xerxem*, *&* *Darium*;

q *Isocrates* verò in Panegyrico, & *Euripides* in Heraclidis, *narrant*, *quæ* fortiter illi *gesserint pro salute filiorum Herculis*.

r Vel *contra*, *vituperantur*; ut *Thucidydes* lib. 2. *eorum improbe gesta exposuit*: quorum hic mentio fit brevissima.

δουλώσαντο, καὶ τοὺς πρὸς τὸν βάρβαρον συμμαχεσαμένους καὶ ἀριστεύσαντας ἐξηνδραποδίσαντο Αἰγινήτας καὶ Ποτιδαιάτας· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, καὶ εἴτι ἄλλο ἁμάρτημα τοιοῦτον ὑπάρχει αὐτοῖς. 9. Ὡς δ' αὕτως καὶ οἱ κατηγοροῦντες, καὶ οἱ ἀπολογούμενοι, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων σκοπούμενοι κατηγοροῦσι καὶ ἀπολογοῦνται· οὐδὲν δὲ διαφέρει περὶ Ἀθηναίων, ἢ Λακεδαιμονίων. 10. Ἢ ἀνθρώπου, ἢ θεοῦ, ταυτὸ τοῦτο δρᾶν· καὶ γὰρ συμβουλεύοντα τῷ Ἀχιλλεῖ, καὶ ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα, καὶ κατηγοροῦντα καὶ ἀπολογούμενον ὑπὲρ αὐτοῦ, τὰ ὑπάρχοντα, ἢ δοκοῦντα ὑπάρχειν, ληπτέον, ἵν' ἐκ τούτων λέγωμεν ἐπαινοῦντες ἢ ψέγοντες, εἴτι καλὸν ὑπάρχει ἢ αἰσχρόν· κατηγοροῦντες δὲ ἢ ἀπολογούμενοι, εἴτι δίκαιον ἢ ἄδικον· συμβουλεύοντες δὲ, εἴτι συμφέρον ἢ βλαβερόν. 11. Ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ περὶ πράγματος ὁτουοῦν· οἷον περὶ δικαιοσύνης, "εἰ ἀγαθὸν ἢ μὴ ἀγαθὸν, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων τῇ δικαιοσύνῃ, ἢ τῷ ἀγαθῷ. 12. Ὥστ' ἐπειδὴ καὶ πάντες οὕτω φαίνονται ἀποδεικνύντες, ἄν τε ἀκριβέστερον, ἄν τε μαλακώτερον συλλογίζωνται· οὐ γὰρ ἐξ ἁπάντων λαμβάνουσι, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ ἕκαστον ὑπαρχόντων, καὶ διὰ τοῦ λόγου· δῆλον γὰρ ὅτι ἀδύνατον ἄλλως δεικνύναι· φανερὸν ὅτι ἀναγκαῖον, ὥσπερ ἐν τοῖς τοπικοῖς*, πρῶτον περὶ ἕκαστον ἔχειν ἐξειλεγμένα περὶ τῶν ἐνδεχομένων, καὶ τῶν ἐπικαιρυμένων· περὶ δὲ τῶν ἐξ ὑπογυίου γιγνομένων, ζητεῖν τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀποβλέποντα μὴ εἰς ἀόριστα, ἀλλ' εἰς τὰ ὑπάρχοντα, περὶ ὧν ὁ λόγος. 13. Καὶ

* Topic. l. 1. ca. 14

gerint; atque eos etiam qui *cum ipsis* adversus Barbarum commilitabant, & *contra Persas* optime *se* gerebant, captivos ceperint, Æginetas *sc.* & Potidæatas; & quæcunque alia hujusmodi; & si quod aliud *peccatum* ejusmodi insit in ipsis. 9. [f] Eodem autem modo, & accusantes, & defendentes, dum ex insitis considerationem habent, accusant & defendunt. [t] Ac nihil interest, de Atheniensibus, an Lacedæmoniis; 10. [u] De homine, an de Deo, idipsum facere: Etenim ei qui consilium Achilli dat; & qui eum laudat, ac vituperat; & qui eum accusat atque defendit: assumenda *sunt* ea, quæ *Achilli* insunt, aut videntur inesse: *Adeo* ut ex his *insitis* dicere possimus, Laudantes *quidem* aut vituperantes, si quid honesti insit, aut inhonesti; Accusantes autem aut defendentes, si quid *justi insit* aut injusti; Consulentes verò, si quid utilis aut perniciosi. 11. [x] Similiter autem his, & de re *aliâ* quâlibet *faciendum erit:* Veluti, *si* de Justitia *quærat*, "bonum ne *sit* an non bonum? *Spectandum est* ex iis, quæ insunt *quæstionis subjecto, i.* Justitiæ; aut *attributo, i.* bono. 12. [x] Quare, [y] quoniam & omnes videntur in hunc modum demonstrare *quæstionem propositam*, sive accuratius, sive negligentius syllogismo concludant, (non enim ex omnibus assumunt, sed ex eis quæ in unaquâque *re* insunt:) [z] Et *hoc etiam probatur* ratione; (Perspicuum enim *est* fieri non posse, ut alio modo demonstret:) [a] Manifestum est, quemadmodum in Topicis *dictum est*, circa unamquamque *quæstionem*, de *rebus vulgo* contingentibus, & tempori *illi* maxime accommodatis, primum selectiora *quæque in promptu* habere, necessarium esse; [b] De rebus verò in *expectatis* & derepente ortis, eodem modo quærere *oportere:* [c] Ita ut non indefinita intueatur, sed insita, de quibus *est* oratio. 13. [d] Et *eorum Insitorum* comprehendat,

f In *genere quoq; Judiciali, idem servatur*, sive ad accusandum, sive ad defendendum.

t Quæ dixit de Atheniensibus, *in Laconas* etiam *congruunt:*

u *Sin quæstio fiat de unâ personâ*, sive Dei, seu hominis, ut Achillis, Sive hortetur eum quis; Sive laudet, &c. sumenda erunt illa, quæ personæ ipsius adnexa hærent; quorum præsidio probet quod velit: v. g. Si quid in eo invenerit, aut honestum, aut æquum ab eo factum, aut quicquam denique quod ei proficuum sit, &c.

2. Deinde, quod de Quæst. propriis dix. à part. 6a, *idem servandum in Quæst. Infinitâ & Declamatoriâ:* ex. g. Justitiam rem malam esse, captiose probavit Thrasimachus; de quo Plato lib. 8. de repub.

x Ex hact. inductis efficitur; Quòd *Si hæc inveniend. via sit*, quam sequuntur omnes; Idque

y *Et manifesto constat ex Inductione jam expositâ:*

z Et *confirmari insuper poterit syllogismo ducente ad Impossibile*, &c.

a *Sequetur, In Enthymematum inventione*; Primum *Selectissimas* quasq; *propositiones sumendas esse*; *Tam de rebus, quæ usu venire* in vita *possunt*, & solent;

b *Quam de rebus* seu quæstionibus *extemporaneis.*

c Ita nimirum, ut *ex selectissimis* illis *arripiantur ea, quæ rei* propositæ sunt *insitæ*, (uti hact. docui:)

d Atq; *ex insitis* teneantur quam *plurima*, & *ea quæ quæstioni sunt proximæ, non communes*.

e *Communia pronunciata*, quæ.

f *Propria*, quæ; velut Achilli 1m, 2m, 3m.

g Epilog. de *Ratione sumendi propositiones insitas.*

hendat, quam *potest*, plurima, & *ea* quæ *sunt* rei *proposita* proxima: Nam quo plura habeantur insitorum, eo facilius *erit* demonstrare; quo verò propius *admota*, eo magis propria, & minus communia *deligentur*. 14. [e] Dicimus autem, communia; *velut*, si *quis* laudet Achillem, "quod *sit* homo; & " quod sit ex heroum *numero*; & " quod ad Ilium militaverit: Hæc n. etiam aliis insunt multis: Quare nihilo magis iste Achillem laudat, quam Diomedem. 15. [f] Propria verò *appello*, [1] quæ nemini alii acciderunt, nisi Achilli; velut, " *singulari certamine* ' interfecisse Hectorem fortissimum ' Trojanorum; [2] & Cygnum, qui pro' hibebat omnes *Græcos*, ne ex *navibus* 'exscenderent, cum *ferro* vulnerari non ' posset; [3] & " quod admodum ju' venis & injuratus ad militiam profectus sit; & quæcunque alia ejusmodi. [g] Ac unus quidem selectionis locus, hic *est* Topicus, isque *inter cæteros* primus, ac *præcipuus*.

περιέχοντα, ὅτι πλεῖστα καὶ ἐγγύτατα τοῦ πράγματος· ὅσῳ μὲν γὰρ ἂν πλείω ἔχῃ τῶν ὑπαρχόντων, τοσούτῳ ῥᾷδιον δεικνύναι· ὅσῳ δ' ἐγγύτερον, τοσούτῳ οἰκειότερα, καὶ ἧττον κοινά. 14. Λέγω δὲ κοινὰ μὲν, τὸ ἐπαινεῖν τὸν Ἀχιλλέα, ὅτι ἄνθρωπος, καὶ ὅτι τῶν ἡμιθέων, καὶ ὅτι ἐπὶ τὸ Ἴλιον ἐστρατεύσατο· ταῦτα γὰρ καὶ ἄλλοις ὑπάρχει πολλοῖς· ὥστ' οὐδὲν μᾶλλον ὁ τοιοῦτος Ἀχιλλέα ἐπαινεῖ ἢ Διομήδην. 15. Ἴδια δὲ, ἃ μηδενὶ ἄλλῳ συμβέβηκεν, ἢ τῷ Ἀχιλλεῖ, οἷον 'τὸ ἀποκτεῖ'ναι τὸν Ἕκτορα τὸν ἄριστον τῶν 'Τρώων· καὶ τὸν Κύκνον, ὃς ἐκώ'λυσεν ἅπαντας ἀποβαίνειν, 'ἄτρωτος ὤν· καὶ ὅτι νεώτατος, 'καὶ οὐκ ἔνορκος ὢν ἐστράτευσε· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· εἷς μὲν οὖν τόπος τῆς ἐκλογῆς, καὶ πρῶτος οὗτος ὁ τοπικός.

De locis Enthymematum Verorum demonstrativorum. — Cap. XXIV.

De Locis Communibus proponit dicere, tum Verorum Enthymematum, (sive Demonstrativorum sive Elenchticorum) Tum apparentium, &c. à Par. 4. Ac primum de Locis Enthymematum Verorum Demonstrativorum, à Par. 6.

a *Loci communes*, i. Elementa universalia, *fabricandis Enthymematibus* inserviunt; *Aliæ* quidem *aliis*.

b Præmissis igitur, *Enthymematum* esse duo *genera*; *Demonstrativa* & *Elenchtica*:

c *Quomodoq; hæc* inter se *differunt*:

d Et *Quid* Enthymema *Demonstrativum*.

[a] Elementa verò Enthymematum *nunc* dicamus: Elementum autem, & Locum Enthymematis, voco idem: [a] Ac primum de iis dicamus, de quibus necessarium *est* primum dicere: [b] Sunt enim Enthymematum duæ species: Nam alia valent ad Demonstrandum, aliquid esse, vel non esse; alia ad Refutandum: [c] Et differunt *inter se*, quemadmodum in Dialecticis, Elenchus *qui redarguit*, & Syllogismus *qui demonstrat*: [d] Enthy-

Τὰ δὲ στοιχεῖα τῶν ἐνθυμημάτων λέγωμεν· στοιχεῖον δὲ λέγω καὶ τόπον ἐνθυμήματος τὸ αὐτό. 2. Πρῶτον δ' εἴπωμεν, περὶ ὧν αναγκαῖον εἰπεῖν πρῶτον· ἔστι γὰρ τῶν ἐνθυμημάτων εἴδη δύο· τὰ μὲν γὰρ, δεικτικά ἐστιν, ὅτι ἔστιν ἢ οὐκ ἔστι· τὰ δὲ, ἐλεγκτικά· καὶ διαφέρει ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἔλεγχος καὶ συλλογισμός· ἔστι δὲ,

[o] In sermonibus autem *Dramaticis*, & *Poematis* Epicis, est specimen *quoddam* orationis *sequentis*; ita ut exinde *Auditores* prævidere queant, quâ de *re* oratio *futura* sit; neque *amplius* suspensa sit *eorum* cogitatio: Quod enim indefinitum *est*, *id* aberrare *animum* facit. 9. [p] Qui igitur principium *Auditori*, quasi *primam cognitionem* in manus tradit, facit ut *is attente* adhærens, *reliquam* sequatur orationem. 10. [q] Ob id *itâ orditur Homerus*,

" Iram Diva cane. —— *&*,
" Dic mihi Musa virum. —— [r] *Item alius Poeta sic*,
" Edicito mihi, *Musa*, sermonem alium, quomodo ex Asiæ regione,
" Venit in Europam bellum magnum

[s] Et Tragici indicant, quod *continetur* in Fabula *sequenti* etsi non statim, *& in prima fronte*, [1] ut Euripides *facit*; [2] at certe, ubi *existit* prologus, *seu facti expositio*, saltem indicant; ut etiam Sophocles *in Oedipode*,

" Mihi pater Polybus fuit *Corinthius*.

[t] Et comœdia eodem modo *facit*. 11. [u] Maxime igitur necessarium munus Procemii, & proprium, *est* hoc; indicare finem, cujus gratiâ *habetur* Oratio: Quamobrem si manifesta *sit*, & parva res, non *est* utendum Procemio. 12. [x] Aliæ vero formæ, quibus *in Procemio* utuntur, Medicamenta *sunt*, & *omnibus Partibus* communia. [y] Ducuntur vero hæc, cum ex Dicente, tum ex Auditore tum ex Re, tum ex Adversario. 13. [z] De Ipso quidem &

l Not. Endosimon, *non semper remotum* est, ut Procemium: sed *interdum alienum, interdum etiam simile orationi* sequenti.

m Procem. *Judiciale*, SUPPONITUR, [*Eandem habere vim, quam Prologi in Fabulis, & Præfationes in Epicis*, seu Heroicis.]

n Quanquam enim *principia Dithyrambicorum* (quæ canebant Bacchum) *similia* sint *non Judicialibus, sed Proœmiis Demonstrativis* (siquidem ambo, disjuncta atque à re aliena sumunt:)

o *Fabular. tamen Prologi* & *Epic. Præfationes, hærent poemati* ipsi, *prædicantque scopum* operis sequentis.

p Unde, *Qui sic*, tanquam in manum *principium porrigit, facit, ut attentiori* animo, *totam* deinceps *orationem* haurias.

q Exempl. *de principiis Epic.*

Ex Home. Iliad. 1. & Odyss. 1.

r Et ex poeta, nescio quo.

s Exempl. *Fabul. Dramaticarum*, sc. *Tragædiarum*;

1 *m*, Euripidis in Oedipode.

2 *m*, Sophoclis in Oedipode Tyranno; ubi habentur hæc, Actu 3°.

t *Et Comœdiarum* similis ratio.

u Ex SUPPOSITIS colligitur, PROPRIAM *formam* seu Munus *Proœmii Judicialis* esse, *ut scopum prædicat* orationis habendæ.

x *Aliæ formæ* accedunt, ut COMMUNES *& non necessariæ*, suntque *Remedia quædam ad leniendos* vel retinendos *auditores*, ne alienentur.

y Ducuntur illæ ex *locis quatuor*: 1 ex *eo qui* dicit, 2 ex *iis apud quos* agitur, 3 ex *re*, 4 ex *Adversario*.

z Quod *ad* 1m & 4m locum:

De *Dicente* & *Adversario*, *sumendæ* sententiæ *illæ*, *quæ criminandi purgandique vim habent*. De quib. cap. sequ.

a Non tamen *eodem* semper modo & *ordine*. Qui enim *Defendit*, *Criminationem* Adversarii *principio dijjicere* :

b Qui *Accus. extremæ* eam *orationi reservare* debet.

c Defendenti enim cùm *omnia facienda* sint, *quo se insinuet* ; necessario *ea quæ officiunt*, *amovenda*.

d *Accusanti*, *crimina in Peroratione*, *ponenda* ; quo firmius illa memoriæ auditorum hæreant.

e Quod ad 2m & 3 m: *Formæ* illæ, *quæ Auditorem aucupantur*, id agunt ; *ut paretur is*, 1°, *Benevolus*, aut contra.

2°, *Attentus*, vel contrà.

f Et *omnino*, ut is, *qui audit*, *Docilis* fiat.

g Et *qui dicit*, *commode Moratus*.

h Illæ autem, *quæ ad* REM *ipsam spectant*, efficiunt auditorem *Attentum quidem*, *si proposueris Rem esse magnam*, & *auditorum propriam*, &c.

i *Oscitantem* verò & absenti animo *aversum*, *si doceas*, *esse pusillam*, *alienam*, &c.

k Theoremata contra Magistros veteres, 1 m, [*Formas omnes a part.* 12 *hucusque*, *à re* & *causâ alienas esse* :]

l Rat. Quià *referuntur ad Auditorem* corruptum, & *suo male munere fungentem* : quod infra fusius, par. 23.

2 *m* Theor. de formâ Attentionis [*Eam non propriam esse Prooemii*, *sed communem ilii cum partibus aliis quibusvis*.

& Adversario *assumenda sunt ea*, quæcunque *valent* ad Criminationem solvendam, & objiciendam : 14. a *Hæc* autem non similiter *in oratione collocari debent* : Nam Defendenti quidem, in Principio *adhibenda sunt ea*, quæ *pertinent* ad Criminationem ; [b] Accusanti vero, in Peroratione. c Quâ de causâ autem *ita facere oportet*, non *est* incertum : Defendentem enim, quando est introducturus seipsum, necessarium *est* removere *impedimenta*, quæ obstant : Quare solvenda *est ei* primum Criminatio : [d] Accusanti vero crimina in Peroratione objicienda *ideo sunt*, ut *Auditores* eorum melius recordentur. 15. [e] *Forma* autem *illa*, quæ *referuntur* ad Auditorem, *constant* [1] tum ex eo ut *eum tibi* benevolum facias vel *adversario* iratum ; 16. [2] Tum verò interdum ex eo, ut *fiat* [2] attentus vel contra : Non enim semper prodest facere attentum. Quamobrem multi ad risum conantur adducere, *quo ab attendendi diligentiâ avertant*. 17. f Ad Docilitatem autem reducere *hæc* omnia poterint, si quis velit, [g] atque illud *etiam*, ut *quis vir* probus appareat. Istiusmodi enim *viris* libentius attendere *consueverunt*. 18. [h] Attenti vero esse *solent rebus* magnis, privatis, admirabilibus, & jucundis. Quomobrem *Auditorum animis* inserere oportet, de talibus orationem *futuram esse*. 19. [i] Sin autem non Attentos *velimus*, *dicemus* parvam *rem* esse ; nihil ad illos pertinere ; molestam esse. 20. [k] Oportet verò non latere, [l] hujusmodi omnia esse extra orationem, & *causam* : [l] Nam ad improbum *referuntur* Auditorem, & *eum qui*, quæ *sunt* extra rem, *libenter* audit ; Quoniam ; si non talis sit, nihil opus est Prooemio, nisi quantum *satis sit*, ut rem dicat summatim, quò, tanquam corpus, suum habeat caput *oratio*. 21. [2] Præterea, Attentos facere *auditores*, omnibus *orationis* partibus *est* commune, si opus sit: ubivis enim *Auditores* relaxant *animos* magis,

καὶ τοῦ ἀντιδίκου, ὅσα διαβολὴν λῦσαι καὶ ποιῆσαι. 14. Ἔστι δὲ οὐχ ὁμοίως· ἀπολογουμένῳ μὲν γὰρ, πρῶτον τὰ πρὸς διαβολήν· κατηγοροῦντι δ' ἐν τῷ ἐπιλόγῳ· διὸ δὲ οὐκ ἄδηλον· τὸν μὲν γὰρ ἀπολογούμενον, ὅταν μέλλῃ εἰσάξειν αὑτὸν, ἀναγκαῖον ἀνελεῖν τὰ κωλύοντα· ὥστε λυτέον πρῶτον τὴν διαβολήν· τῷ δὲ διαβάλλοντι ἐν τῷ ἐπιλόγῳ διαβλητέον, ἵνα μνημονεύσωσι μᾶλλον. 15. Τὰ δὲ πρὸς τὸν ἀκροατὴν, ἔκ τε τοῦ εὔνουν ποιῆσαι, καὶ ἐκ τοῦ ὀργίσαι. 16. Καὶ ἐνίοτε δὲ ἐκ τοῦ προσεκτικὸν, ἢ τοὐναντίον· οὐ γὰρ αἰεὶ συμφέρει ποιεῖν προσεκτικόν· διὸ πολλοὶ εἰς γέλωτα πειρῶνται προάγειν. 17. Εἰς δὲ εὐμάθειαν ἅπαντα ἀνάξει, ἐάν τις βούληται, καὶ τὸ ἐπιεικῆ φαίνεσθαι· προσέχουσι γὰρ μᾶλλον τούτοις. 18. Προσεκτικοὶ δὲ τοῖς μεγάλοις, τοῖς ἰδίοις, τοῖς θαυμαστοῖς, τοῖς ἡδέσι· διὸ δεῖ ἐμποιεῖν, ὡς περὶ τοιούτων ὁ λόγος. 19. Ἐὰν δὲ μὴ προσεκτικοὺς, ὅτι μικρὸν, ὅτι οὐδὲν πρὸς ἐκείνους, ὅτι λυπηρόν. 20. Δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι πάντα ἔξω τοῦ λόγου· τὰ τοιαῦτα·* πρὸς φαῦλον γὰρ ἀκροατὴν καὶ τὰ ἔξω τοῦ πράγματος ἀκούοντα· ἐπεὶ ἂν μὴ τοιοῦτος ᾖ, οὐθὲν δεῖ προοιμίου, ἀλλ' ἢ ὅσον τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν κεφαλαιωδῶς, ἵνα ἔχῃ ὥσπερ σῶμα κεφαλήν. 21. Ἔτι, τὸ προσεκτικοὺς ποιεῖν πάντων τῶν μερῶν κοινὸν, ἐὰν δέῃ· πανταχοῦ γὰρ ἀνιᾶσι μᾶλλον, ἢ

* Conjun. lib. 1. c. 1. pa. 4. & sequ.

ἢ ἀρχόμενοι. 22. Διὸ γελοῖον ἐν ἀρχῇ τάττειν, ὅτε μάλιστα πάντες προσέχοντες ἀκροῶνται· ὥστε ὅπου ἂν ᾖ καιρὸς, λεκτέον· "καί μοι προσέχετε 'τὸν νοῦν· οὐθὲν γὰρ μᾶλλον 'ἐμὸν, ἢ ὑμέτερον· καὶ, "ἐρῶ γὰρ ὑμῖν, οἷον 'οὐδεπώποτε ἀκηκόατε δει'νὸν, ἢ οὕτω θαυμαστόν· τοῦτο δ' ἐστὶν, ὥσπερ ἔφη Πρόδικος, "ὅτε νυστά'ζοιεν οἱ ἀκροαταὶ, πα'ρεμβάλλειν τῆς πεντηκον'ταδράχμου αὐτοῖς. 23. Ὅτι δὲ πρὸς τὸν ἀκροατὴν, οὐχ ᾗπερ ὁ ἀκροατὴς, δῆλον· πάντες γὰρ ἢ διαβάλλουσιν, ἢ φόβους ἀπολύονται ἐν τοῖς προοιμίοις.

"Ἄναξ, ἐρῶ μὲν, οὐχ ὅπως
σπουδῆς ὕπο,

"Τί φροιμιάζῃ; -- 24. Καὶ οἱ πονηρὸν τὸ πρᾶγμα ἔχοντες, ἢ δοκοῦντες· πανταχοῦ γὰρ βέλτιον διατρίβειν, ἢ ἐν τῷ πράγματι· διὸ οἱ δοῦλοι, οὐ τὰ ἐρωτώμενα λέγουσιν, ἀλλὰ τὰ κύκλῳ, καὶ προοιμιάζονται. 25. Πόθεν δ' εὔνους δεῖ ποιεῖν, εἴρηται, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν τοιούτων. 25. Ἐπεὶ δὲ εὖ λέγεται,

"Δός μ' ἐς Φαίηκας φίλον
ἐλθεῖν, ἠδ' ἐλεεινὸν,

τούτων δεῖ δύο στοχάζεσθαι. 27. Ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς οἴεσθαι δεῖ ποιεῖν συνεπαινεῖσθαι τὸν ἀκροατὴν, ἢ αὐτὸν, ἢ γένος, ἢ ἐπιτηδεύματ' αὐτοῦ, ἢ ἄλλως γέ πως· ὃ γὰρ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ,

quàm cum incipiunt. 22. [m] Quamobrem ridiculum *est*, in Principio *Attentionem tum* collocare, cum omnes maxime attenti audiunt: Quare ubicunque fuerit occasio, dicendum *erit*, *v. g.* [n] "Et mihi adhibete 'animum: Neque enim magis mea, 'quam vestra *res nunc agitur.* [o] *Et illud*, "Dicam enim vobis *rem*, 'qualem numquam *alias* audistis, a'trocem, aut adeo admirandam. [p] Hoc autem est, uti dixit Prodicus *Chius*, "Quando dormitent audito'res, *tunc* ipsis *in medium* inculcare *de'monstrationem* quinquaginta drachmis '*æstimatam*. 23. [q] Quod autem *hæc* ad Auditorem *referantur*, non quatenus Auditor *est*, *qui causâ intellectâ recte judicet*, manifestum *est*. [r] Omnes enim aut criminantur, aut metus dissolvunt in Procemiis; [s] *velut illud nuncii ad Creontem.*

"Rex, dicam quidem, non *me* præ studio huc *nunciatum venisse.*

[z] *Et illud regis Thoantis*,

"Quid Procemiaris? -- 24. [f] Et qui malam causam habent, vel qui putant *se habere*, *in ambagibus hujusmodi immorantur*: In quâvis enim parte melius *est*, *eos* versari, quam in *ipsâ* re, *& causâ*. [t] Quamobrem servi, haudquaquam interrogata dicunt, sed quæ circum-*stant*; & præfationibus *ad se excusandos* utuntur. 25. [u] Unde autem oporteat efficere [1] *auditores* benevolos, & aliorum ejusmodi *affectuum* unumquemque, *formæ superius* dictæ sunt. 26. [z] Quoniam vero *ab Ulysse Minervam precante* probe dictum *est*,

"Da me ad Phæacas amicum venire,
aut miserandum; *Idcirco* hæc duo oportet intueri, *ut faveat nobis judex*, *tamquam benevolis*, *& misericordiâ in nos moveatur*. 27. [x] In Demonstrativis autem, oportet *Oratorē* efficere, *ut unà cum eo*, *quem laudandum suspicimus*, collaudari putet auditor aut se, aut genus *suum*, aut studia ipsius, aut alio aliquo modo. [y] Quod enim Socrates *apud Platonem* dicit in *Oratione* Funebri, verum

m Hinc præcept. *Attentionem initio evocandam* esse cum omnes expectando arrectis auribus stent; *sed in quâvis aliâ parte*, cum tempus hoc poscere videbitur. Idque ex. gr.

n Per formas *ex re auditorum privatâ*, par. 18.

o Et *ex magnitudine seu novitate facti*. Ibid.

p Hâc vi, *Prodici* illa *vox*, *discipulos oscitantes* expergefecit: "*Hem vobis Demon'strationem*; *quam drachmis* '40. *vendo*, *haud minoris*. Auct. Plat. in Cratylo.

¶ Sententiam part. 20. [*Formas communes referri ad auditorem*] declarat: Nam,

r Et *Universim* omnes *iisdem utuntur in procemiis*, ad *iram* in alios *movendam*, *vel* erga se *deliniendam*.

Exemp. 1 *m*, ex Sophocl. Antigon. *Loquitur nuncius eorum qui cadaver Polynicis sepelissent*, &c.

2 *m*, Ex Eurip. Tauris, ubi Iphigeniam tergiversantem increpat Thoas.

f Et SPECIATIM, *qui malam causam tuentur*, &c. *istiusmodi formis*, quo rem malam subterfugiant, *tanquam ad diverticula*, *se proripiunt*.

t Prob. à *servorum* more, *circuitionibus se excusantium*, ne pœnas luant.

u De *formis Benevolentiæ*, &c. *Præcept.* duo. 1 *m*, *In Auditoribus* conciliari eam ex formis & locis lib. 2. ca. 4. expositis.

2 m, *Dicentem*, etiam ipsum *se attemperare* oportet, vel *ut auditoribus benevolum*, *vel* eorum *misericordiâ dignum*: (quod prob. exempl. ex Odyss. 140.) idque per formas lib. 1. c. 4. & 8.

x Adde: *In Demonstrativis*, sic *prensanda* est *benevolentia*, *simul ut auditor putet ornari se*, & laudes, quas aliis dederis, in ipsum redundare: Atque hoc per formul. lib. 1. ca. 9.

y Quæ quam facilis sit *provincia*, quamque plausibilis, docuit *Socrates* in Menexemo.

verum est, "Non esse difficile, Athenienses apud Athenienses laudare; sed apud Lacedæmonios. ¶ 28. [z] Deliberativi autem *generis Procemia*, assumuntur ex *procemiis* orationis Judicialis. Naturâ autem *Deliberativum genus*, ea minime recipit: [a] Etenim *Auditores* etiam *rem*, de quâ *agatur*, sciunt. 29. [b] Et res *ipsa suâ sponte* nihil indiget Procemio; nisi [c] propter *Dicentem* ipsum, aut Contradicentes, [d] aut si *Auditores*, non, quantam velis, *rem* existiment; sed aut majorem, aut minorem: Quamobrem aut criminatione *in eos*, *qui contradicunt*, uti, & *criminationem sui* depellere necesse *est*; & vel augere rem vel extenuare: Horum vero gratiâ, Procemio *res ipsa* indiget. 30. [e] Aut *etiam* propter ornatum; *propterea* quod tenuia *atque abjecta* appareant, *quæ afferuntur*, nisi *illud* habuerint: [f] Ejusmodi enim *est* Gorgiæ Encomium in Eleos: Nullâ enim cubitorum erectione, aut brachiorum ejectione ante adhibitâ, confestim incipit; "Elis beata civitas.

ἀληθές "ὅτι οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν, ἀλλ' ἐν Λακεδαιμονίοις. ¶ 28. Τὰ δὲ τοῦ δημηγορικοῦ ἐκ τῶν τοῦ δικανικοῦ λόγου ἐστί· φύσει δὲ ἥκιστα ἔχει· καὶ γὰρ καὶ περὶ οὗ ἴσασι. 29. Καὶ οὐδὲν δεῖται τὸ πρᾶγμα προοιμίου, ἀλλ' ἢ δι' αὑτὸν, ἢ τοὺς ἀντιλέγοντας, ἢ ἐὰν μὴ ἡλίκον βούλει ὑπολαμβάνωσιν, ἀλλ' ἢ μεῖζον, ἢ ἔλαττον· διὸ ἢ διαβάλλειν, ἢ ἀπολύεσθαι ἀνάγκη, καὶ ἢ αὐξῆσαι, ἢ μειῶσαι· τούτων δὲ ἕνεκα, προοιμίου δεῖται. 30. Ἢ κόσμου χάριν· ὡς αὐτοκάβδαλα φαίνεται, ἐὰν μὴ ἔχῃ· τοιοῦτον γὰρ τὸ Γοργίου ἐγκώμιον εἰς Ἠλείους· οὐδὲν γὰρ προεξαγκωνίσας, οὐδὲ προανακινήσας, εὐθὺς ἄρχεται, "Ἦλις πόλις εὐδαίμων.

z Procem. *Deliberativa*, *assumuntur* illa *quidem ex Procemiis Judicialibus*: *Proprie vero* & ex suâ natura, *nulla sunt*.

a Rat. *posterioris dicti*; quia *auditores*, *rem* satis *intelligunt*, ut procemium non desideres.

b *Prioris*: quia *res*, *de quâ consultationem ineunt*, *Procemium non flagitat*; nisi

c Vel *ex genere Judiciali mutuatum*; Aut *propter Defensionem sc. Dicentis*, *vel adversarii Criminationem*.

d Aut *propter Amplificationem*, *vel diminutionem rei*, &c.

e Vel *ad imitationem generis Demonstrativi*: sc. *ornatus gratia*, ne absque exordii dignitate, humilis atque inconcinna sordescat oratio.

f *Quo nomine ejicienda* est *oratio Gorgiæ*, in Demonstrativo illa quidem genere scripta.

Cap. XV.

De Criminatione & purgatione, quæ procemio potissimum sunt affines.

Purgandi Criminis objecti, viæ seu rationes propriæ, sunt 8. *à par.* 1. *Communes loci, tam ad Criminandum, quam ad Purgandum, à par.* 12.

a DE Criminatione autem, [1] unus quidem *modus Diluendi*, est ex *iis*, quibus quis malam, *sibique adversam Auditorum* opinionem amoveat: [b] Nihil enim differt, dicenténe aliquo *crimen objectum*, an non *dicente*, *opinio concitata sit*: Quare hoc *præceptum*, *utrique commune & universale est*. 2. [2] Alius modus, ut iis, de quibus *Judicialis* controversia est, occurramus, *dicendo*; [1] aut "Quod *res* non sit, aut *si sit*, *vel* "Quod non noxium *sit*, aut [c] "non huic; aut

Περὶ δὲ διαβολῆς, ἓν μὲν τὸ ἐξ ὧν ἄν τις ὑπόληψιν δυσχερῆ ἀπολύσαιτο· οὐδὲν γὰρ διαφέρει, εἴτε εἰπόντος τινὸς, εἴτε μή· ὥστε τοῦτο καθόλου. 2. Ἄλλος τρόπος, ὥστε πρὸς τὰ ἀμφισβητούμενα ἀπαντᾶν, ἢ "ὡς οὐκ ἔστιν, ἢ "ὡς οὐ βλαβερὸν, ἢ "οὐ τούτῳ, ἢ "ὡς οὐ τηλικοῦτο,

a *Dissolvendi Purgandique* Criminis *viæ* expeditæ, sunt hæ:

1 a, *Ex Remotione malæ opinionis de nobis*: Ut *utamur iis*, *quæ illius delendæ*, & ex animis auditorum evellendæ *vim habent*.

b Rat. præcepti.

2 a, *Ex Occursu Controversiæ*: ut *resistas iis*, *de quibus* in Judiciis *controvertitur*: idque

1°, *Per Negationem*: Aut *simpliciter*: Quod *non sit factum*:

c Aut, si factum deprehensum sit; Vel *non esse noxium* & inutile, &c.

κοῦτο, ἢ " οὐκ ἄδικον· ἢ· " οὐ μέγα, ἢ " οὐκ αἰσχρὸν, " ἢ οὐκ ἔχον μέγεθος· περὶ γὰρ τοιούτων ἡ ἀμφισβήτησις· ὥσπερ Ἰφικράτης πρὸς Ναυσικράτην· ἔφη γὰρ " ποιῆσαι ὃ ἔλεγε· καὶ ʽβλάψαι, ἀλλ᾽ οὐκ ἀδικεῖν. 3. Ἢ ἀντικαταλλάττεσθαι ἀδικοῦντα, " εἰ ʽβλαβερὸν· ἀλλὰ καλὸν, ʽεἰ λυπηρὸν· " ἀλλ᾽ ὠʽφέλιμον· " ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον. 4 Ἄλλος τρόπος, ὡς ἔστιν ἁμάρτημα, ἢ ἀτύχημα, ἢ ἀναγκαῖον· οἷον Σοφοκλῆς ἔφη, " τρέʽμειν οὐχ ὡς ὁ διαβάλʽλων ἔφη, ἵνα δοκῇ ʽγέρων, ἀλλ᾽ ἐξ ἀʽνάγκης· οὐ γὰρ ἑκόντι ʽεἶναι αὐτῷ ἔτη ὀγδοήκονʽτα. 5. Καὶ ἀντικαταλλάττεσθαι τὸ οὗ ἕνεκα, " ὅτι οὐ βλάψαι ἐβούʽλετο, ἀλλὰ τόδε· καὶ ʽοὐ τοῦτο ὃ διεβάλλετο, ʽποιῆσαι· συνέβη δὲ βλαʽβῆναι, " δίκαιον δὲ μιʽσεῖν, εἰ ὅπως τοῦτο ʽγένηται, ἐποίουν. 6. Ἄλλος, εἰ ἐμπεριείληπται ὁ διαβάλλων, ἢ νῦν, ἢ πρότερον, ἢ αὐτὸς, ἢ τῶν ἐγγύς. 7. Ἄλλος, εἰ ἐμπεριλαμβάνονται, οὓς ὁμολογοῦσι μὴ ἐνόχους εἶναι τῇ διαβολῇ· οἷον, εἰ ʽὅτι καθάρειος ὁ μοιχὸς, ʽκαὶ ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα ἄρα. 8. Ἄλλος, εἰ ἄλλους διέβαλεν, ἢ ἄλλος αὐτόν· ἢ ἄνευ διαβολῆς ὑπελαμβάνοντο, ὥσπερ αὐτὸς νῦν, οἳ πεφήνασιν οὐκ ἔνοχοι. 9. Ἄλλος ἐκ τοῦ ἀντιδιαβάλ-

" non tantopere; [d] Vel " Quod non injustum; aut " non magnum; [e] Vel " Quod non turpe, aut " non habens magnitudinem: De hujus nodi enim *solet esse* controversia; [f] ut Iphicrates adversus Nausicratem *calumniantem*: Affirmavit enim " *se fecisse*, quod *is* di'cebat; & nocuisse, sed non injuste 'egisse. 3. [a] Aut ut *is*, qui injuriam fecit, compensatione utatur: Velut, " Si noxium *illi* fuit; at honestum: [g] " Si molestum; at *eidem ipsi* utile; aut aliquid aliud tale. 4. [3] Alius modus, ut *demonstremus id quod factum est*, esse erratum *humanum*, aut infortunium, aut necessarium: [h] Velut Sophocles dixit, " *se* tremere; non 'quemadmodum Calumnians dixit, 'quo videretur *esse* senex; sed ex ne'cessitate: Neque enim volenti sibi 'esse annos octoginta. [5] [i] Et, ut compensemus *damnum cum agendi consilio, & fine* cujus gratiâ *fecit*: k Velut, Quod non habuit in animo nocuisse, sed hoc *aut illud boni affere voluisse*: [l] & " Quod *nullo pacto* hoc, quod '*Adversarius* criminatus est, facere '*molitus sit*; sed accidit, *ut is præter ip'sius voluntatem* læderetur: *Hoc addito*, " Justum vero *esse*, *adversus se omnium* 'odium concitari, si, ut id efficeretur, 'molitus esset. 6. [4] Alius, si is *qui* criminatur, *eodem crimine* implicitus fuerit, vel nunc *in presenti causâ*, vel prius *in alia simili*, sive ipse, sive suorum *aliquis*. 7. [5] Alius, *si illi eo crimine* corripiantur, quos *cuncti* confitentur, haud esse criminationi *illi* obnoxios: [m] Veluti, si *adversarius arguat*; " Quo'niam adulter est mundus *in vestitu*: 'ergo & hic, & ille, *qui mundi sunt*, '*erunt adulteri: quos tamen cuncti faten'tur, eâ culpâ esse liberos*. 8. [6] Alius, si *is qui nunc criminatur*, *ob eandem culpam* alios *ante* criminatus sit, [n] aut alius *quispiam* ipsum: [o] Vel si absque aliqua criminatione, ei culpæ affines *illi vulgò* existimati sint, quâ ipse *Reus* nunc *premitur*, qui *postea tamen* reperti sunt non-affines culpæ. 9. [7] Alius, *ut* è regione

d Vel *non injustum* & iniquum, &c.

e Vel *non turpe* seu inhonestum, &c.

f Exempl. resistendi. (*Si noxium, at non iniquum*:) Posse enim aliquibus juste quoque detrimenta importari.

2°, Si inficiari nequeas; commodum erit, *ut compensatione injuriam illatam extenues*: v. g.

Si noxium illi, at honestum.

g Si triste, at eidem utile.

3ª *Ex causis facti*, *cujus arguimur*: ut vel *simpliciter excuses*, id *lapsu* esse, *aut fortunæ culpâ*, *aut necessitate* impositâ *commissum*.

h Sic Sophocles Calumnianti, [*Tremere illum simulato, quo videretur senex*,] respondit, *se hoc non arbitrio* suo, sed *naturæ lege* & 80. annorum imperio gravatum *facere*.

i Vel siquid læseris, *Compenses damnum, causâ finali*, seu Consilio animi tui.

k Nec *cogitâsse te quicquam, nisi bonum* illi creare.

l Nec *id unquam egisse*, *ut damnum dares*, verum *hoc* inopinato *evenisse*.

4ª, *Ex Communione criminis cum Calumniante*: Spectand. enim, *Si is in eodem deprehensus* fuerit errato aut vitio, &c.

5ª, *Ex Communione facti cum viris innocentibus*: *Si illi deprehensi* sint *eadem egisse*, quæ nos.

m Ex. gr. Si Adversarius insimulet, *hunc Mœchum esse, quia se accuratius ornat*; *Sequetur*, puta, Socratem, Aristippum, & *alios viros temperantes*, qui *munditiarum studiosi* sunt, esse *mœchos*. Hæc autem *fallax*, est *ex consequenti*.

6ª, *Ex inani Suspicione alias habitâ*: Si vel *Idem Crimen conjectum* sit *in alios ab adversario*;

n Aut etiam in ipsum adversar. ab alio:

o Vel *Falsa ejusdem Suspicio*, *iis viris hæserit*, *qui ab eo* per longe *remoti esse*, *inventi* sunt.

7ª, *Ex Recriminatione*: ut Ca-

lumniantem contra *criminando, iisdem artibus* illum *petas, quibus ille te.*

8 [a] *Ex Judicio antea facto*: *Quæ* enim in *uno foro* semel *decreta* fuerint, *non debent alterius* fori *judicio premi.*

p Hoc pacto, Euripides ab Hygiænonte insimulatus, (*quod hominibus perjurii auctor esset, cum in Hippolyto, scriberet*, "*Juravi linguâ*, &c.) Respondit, *Eum inique* facere, qui *judicium ejus* rei *in alienam Curiam comportaret*: Se enim *in Liberi* patris *certaminibus*, ubi par erat, *rationem ejus* carminis *reddidisse*, &c.

9 [a], *Ex criminationis naturâ generali*: ut *insectemur totum calumniæ genus*, & quasi Ream ipsam agamus: quod

q Et *magnum illa* sit mortalib. *malum.*

r Et *à re propositâ semper deflectens*, novas lites, Hydræ more, parturiat.

f Sequuntur loci communes: unus (*tam ad Criminand. valens, quam ad purgand,*) *à rei Notis & indiciis.*

t Exempl. ex Fabul. Teucro.

u Alter (*Criminanti aptus*) *ex Commixtione laudum cum vituperiis*, 2x est: 1°, Ut *rem parum laudatam, copiosa* sequatur *vituperatio.*

2°, Ut *rei splendidè laudatæ*, subjiciatur insectatio *concisa*: vel *cum plures ejus dotes prædicaveris, addatur unum magnum malum*:

x *Calumniandi hæc ratio, pol vafra & callida*: —"Hic nigræ succus loliginis, hæc est ærugo mera.

3°, Accedit Præcept. (*ad idem crimen objiciendum vel dimovendum, utile*) *à diverso Fine & proposito.*

y Cum enim *eadem res in varios fines destinatò* fiat;

z Calumniatori expedit, *in*

gione criminantem criminemur: Absurdum enim *est*, si ipse *Actor* indignus *sit* fide, hujus orationem *postea* esse fide dignam. 10. [o] Alius, si *de præsenti causâ ante alibi* factum est judicium; [p] ut Euripides *fecit in illâ Actione*, quæ Antidosis *Athenis dicitur*, adversus Hygiænontem, qui *ipsum* accusabat impietatis; 'Quod *carmen*, '*in Hyppolyto Coronato*, fecit, suadens '*hominibus* peierare;

"Lingua juravit, mens verò injurata *manet*,

Respondit enim *Eurip.* "Ipsum injustè agere, qui causas in Bacchanali 'certamine cognitas ad tribunal *Areopagitarum* transferre vellet: Illic 'enim, se *carminis sui* reddidisse ratio- 'nem, aut redditurum esse, si *relicto* '*Areopago* voluerit *ibi se* accusare. 11. [9] Alius, ex eo, si criminationem accusemus, *dicentes*, [q] "Quam ingens '*malum ipsa sit*? [r] Atque hoc etiam, "Quod judicia *litesque* alias efficiat. ¶ 12. [f] Communis autem ambobus locus *est*, quo Notas dicimus: [t] velut, in Teucro, Ulysses *ei notas objicit* "Quod affinis *esset* Priamo: Hesione enim *ipsius mater, soror Priami fuit*: *& proind eum Trojanis favere*: Ille verò *respondit*, *se fidelem esse Græcis*, ex notis his; "Quod *ipsius* pater Tela'mon, hostis *semper fuisset* Priamo; Et, "Quod *ipse* exploratores *Trojam* '*missos* non indicaverit. 13. u Alius *locus*, Criminanti *utilis*; [1] ut cum mediocrem *rem* laudet, ipse prolixe *deinde* vituperet; [2] *cum vero* amplam, *concisè* perstringat: vel multis bonis prius commemoratis, unum *tandem* vituperet, quod ad rem *potissimum* pertinet. x Tales autem *accusatores*, artificiocissimi *sunt*, & iniquissimi: Bonarum enim rerum *ope Adversario* nocere conantur, miscendo ipsas cum *uno* malo. 14. Commune autem *præceptum* Criminanti, & crimen Dissolventi, *est hoc*: y Quoniam eandem rem contingit, plurium gratiâ gestam esse: [z] *Idcirco* Criminanti quidem, depra-

λειν τὸν διαβάλλοντα· ἄτοπον γὰρ, εἰ ὁ αὐτὸς ἄπιστος, οἱ τούτου λόγοι ἔσονται πιστοί. 10. Ἄλλος, εἰ γέγονε κρίσις· ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ Ἀντιδόσει κατηγοροῦντα, ὡς ἀσεβὴς, "ὅς γ' 'ἐποίησε κελεύων ἐπιορκεῖν·

"Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος·

ἔφη γὰρ "αὐτὸν ἀδικεῖν τὰς 'ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἀγῶ'νος κρίσεις εἰς τὰ δι'καστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ 'γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λό'γον ἢ δώσειν, εἰ βού'λεται κατηγορεῖν. 11. Ἄλλος, ἐκ τῆς διαβολῆς κατηγορεῖν, "ἡλίκον· καὶ τοῦτο, "ὅτι ἄλλας κρίσεις ποιεῖ. ¶ 12. Κοινὸς δ' ἀμφοῖν ὁ τόπος, τὸ σύμβολα λέγειν, οἷον ἐν τῷ Τεύκρῳ ὁ Ὀδυσσεὺς, "ὅτι οἰκεῖος 'τῷ Πριάμῳ· ἡ γὰρ Ἡσιόνη ἀδελφή· ὁ δὲ, "ὅ'τι ὁ πατὴρ ἐχθρὸς τῷ 'Πριάμῳ, ὁ Τελαμών· καὶ "ὅτι οὐ κατεῖπε τῶν κα'τασκόπων. 13. Ἄλλος, τῷ διαβάλλοντι, τῷ ἐπαινοῦντι μικρὸν, μακρῶς ψέξαι, μέγα, συντόμως, ἢ πολλὰ ἀγαθὰ προθέντα, ὃ εἰς τὸ πρᾶγμα προφέρει ἓν ψέξαι· τοιοῦτοι δὲ οἱ τεχνικώτατοι καὶ ἀδικώτατοι· τοῖς ἀγαθοῖς γὰρ βλάπτειν πειρῶνται, μιγνύντες αὐτὰ τῷ κακῷ. 14. Κοινὸν δὲ τῷ διαβάλλοντι καὶ τῷ ἀπολυομένῳ, ἐπειδὴ τὸ αὐτὸ ἐνδέχεται πλειόνων ἕνεκα πραχθῆναι, τῷ μὲν διαβάλλοντι, κακοη-

κακοηθιστέον ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκλαμβάνοντι· τῷ δὲ ἀπολυομένῳ, ἐπὶ τὸ βέλτιον· οἷον "ὅτι ὁ Διομήδης τὸν Ὀδυσσέα προείλετο *, τῷ μὲν, "ὅτι διὰ τὸν ἄριστον ὑπολαμβάνειν τὸν Ὀδυσσέα· τῷ δ', "ὅτι οὔ· ἀλλὰ διὰ τὸ μόνον μὴ ἀνταγωνιστὴν, ὡς φαῦλον· καὶ περὶ μὲν διαβολῆς εἰρήσθω τοσαῦτα.

* Conjun. lib. 2. c. 24. p. 37.

depravanda erit, in pejorem *partem* arripiendo; [a] Purganti vero, in meliorem. [b] Veluti, "Quod Diomedes Ulyssem *sibi explorationis socium* '*præ cæteris Græcis* elegit: Illi quidem, *qui hoc factum in meliorem partem interpretetur*, *dicendum*; "*Hoc* EUM '*fecisse*, quod *Græcorum* optimum, *&* '*prudentissimum* existimavit Ulyssem; Huic vero, *qui in pejorem partem trahat*, *dicendum*, "Quod non *hujus rei causâ* '*elegit*, sed quia solus is non erat *cum* '*ipso* concertaturus, aut de ipsius glo'riâ decerpturus; quippe ignavus. Ac de Criminatione quidem, dicta sunt tam multa.

sinistram partem detorquendo, malitiose *rodere*.
a *Defensori* eandem, *in meliorem trahendo*, *ornare*.
b Exempl. e Tragœdia veteri: quod sumptum fuit ex Ilia. 10.

De Narratione.

Cap. XVI.

Narratio Demonstrativa, *à Par.* 1. *Judicialis*, *à Par.* 4. *Deliberativa*, *à Par.* 21.

Διήγησις δ', ἐν μὲν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς ἐστὶν οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλὰ κατὰ μέρος· δεῖ μὲν γὰρ τὰς πράξεις διελθεῖν, ἐξ ὧν ὁ λόγος· σύγκειται γὰρ ἔχων ὁ λόγος, τὸ μὲν ἄτεχνον· (οὐδὲν γὰρ αἴτιος ὁ λέγων τῶν πράξεων·) τὸ δὲ ἐκ τῆς τέχνης· τοῦτο δ' ἐστὶν, ἢ ὅτι ἐστὶ δεῖξαι ἐὰν ᾖ ἄπιστον, ἢ ὅτι ποῖον, ἢ ὅτι πόσον, ἢ καὶ ἅπαντα· διὰ δὲ τοῦτ' ἐνίοτε οὐκ ἐφεξῆς δεῖ διηγεῖσθαι πάντα, ὅτι δυσμνημόνευτον τὸ δεικνύναι οὕτως· "ἐκ μὲν οὖν τούτων, ἀνδρεῖος· ἐκ δὲ τῶνδε, σοφὸς, ἢ δί-

[a] Narratio vero, *cum una sit Interrupta in partibus orationis*, *altera continenter contexta*, in Demonstrativis quidem, [1] non est *illa seriatim* continuata, *ut Judicialis*, sed *interrupta* secundum partes, *ita ut singula narrentur simulque demonstrentur*. Oportet enim actiones percurrere *illas* ex quibus oratio *conficitur*. [b] Componitur enim oratio *Demonstrativa sic*, *ut* habeat [c] tum id, quod vacat arte, *sc. actiones cujusquam*, *quæ ad Oratorem deferuntur*; (Qui enim dicit, rerum gestarum causa *&* *opifex* nequaquam est:) [d] tum id quod *est* ex arte *seu artificiosum*: Hoc vero est, demonstrare, aut *rem* esse, si fide careat, aut Qualis *sit*, aut Quanta, aut etiam *simul demonstrare hæc* omnia. [e] Ob hanc autem *causam* interdum non continuatâ *Narratione* oportet *uti*, *sed separatim* narrare omnia; quia difficulter sub memoriam *cadit*, *narratis simul omnibus*, *postea seorsim* demonstrare sic: "Atque ex 'his quidem *actionibus*, *hic* fortis *vir* '*est habendus*; ex illis vero, sapiens aut justus.

a Narratio *Demonstrativa*,
1 [*Qualis?*] *Interrupta* sc. *&* *disjecta ubique* esse debet *in partibus orationis*; *non continenter* in uno loco *facta*.

b Nam, cum *Oratio Demonstrativa constet* partim *ex reb.* ejus quem laudamus; partim *ex earum probatione*, quam parit ars:
c *Res quidem* seu actiones illas, sigillatim *recenseri* suis locis *oportet*, seposita arte Oratoria.
d *Reliqua*, *argumentis* artificiose *probari*, &c.

e Ob horum igitur *argumentorum copiam*, *continuatæ Narrationi supersedendum* erit; *ne*, si singula deinceps narres, ita ut gesta sunt, (argumentis eorum seorsim positis:) *memoriæ auditorum pessime consulas*.

f Collatio dictar. Narrationum: *Continuata*, & perpetua, *humilis* est, minusque artificiosa:

g *Quæ interrupte fit*, eleganti *varietate perplacet*.

2°, [*Quos* & *Quæ narrare debemus*?] *Non facta* sc. *heroum clarissimorum*, quippe quæ vel mentione sola satis elucent.

h Sed si quem *probum virum*, *cujus bona latent*, illustrare velis; cuncta, quæ laudi illi vertantur, explices necesse est.

i De Narration. *Judiciali* [1 *Qualis sit*, & 2 *ex Quibus*?] *Virtutem* quidem *ejus Isocrates* esse voluit, *ut concisa esset. Inepte.*

k Ut enim Pistori, ad panem, *nec mollius farina subigenda* fuit, *nec durius*, *sed medio modo.*

l Ita Oratori, ad Fidem, *nec prolixe narrandum*, *nec breviter*.

m Sed, ut in reliquis partibus, ita *in hâc*, *mediocritas retinenda*, est, ut communis earum omnium virtus.

2 Constat autem *Narrandi hic Modus*, 1°, *Proprio munere*: ut,

n Et percurras ea saltem, *quæ exponant rem*;

o Et in *Accusando recenseas ea*, *quæ opinionem* mihi inserant, *fecisse* eum, vel *nocuisse*, &c.

In *Defendendo*, *quæ* opinionem *contrariam*.

2°, *Ex assumptis* & *extraneis*: *Accusanti* enim interserenda *illa*, *quæ probitatem ipsius indicent*, & *mores bonos*.

* Exempl. fictum.

p *Adversarii* autem, *mores malos*.

q Exempl. est ex historia apud Herodot. in Euterpe.

r Et *adspergendæ quædam*, *quæ Judicum animos titillent*.

ſ *Defendenti* autem seu Reo, Quia *minor Narratio satis* est; Et *Controversiæ disceptandæ*, *sunt* 4 r: Aut *non esse Factum*, aut *non detrimentosum*, &c.

justus. 2. *f* Ac simplicior oratio *est* ista, *quæ singulis ante narratis, seorsim probationes subjicit*; *g* illa vero *quæ cum rebus probationes intertexit*, varia, & non attenuata. 3. *a* Oportet autem, claros quidem *viros* in memoriam revocare *solum*; *non eorum facta, narrando exponere*: Quamobrem plerique *eorum, quos laudamus*, haud indigent Narratione: (veluti, si Achillem laudare velis: Omnes enim, res nôrunt *ab eo* gestas;) sed ipsorum *factis*, *ut perspicuis*, *ad eos ornandos* uti oportet: *h* Si vero Critiam *ignotum hominem laudes*, *narrandæ sunt actiones ejus præclaræ*; quoniam haud multi sciunt. ¶ 4. *i* Narrationem autem *Judicialem*, *1* hodierni *Rhetores*, ridicule aiunt oportere esse celerem. *k* Quanquam, ut ille *pistori ad panem conficiendum farinam* subigenti, cum interrogaret, " Duramne an mollem farinam subigeret? " Quid? Bene (inquit) *eam subigere est* impossibile? *l* Ita hic similiter *ad faciendam fidem*: *m* Oportet enim *rem* haud prolixe Narrare, ut nec Exordiri prolixe, nec *prolixam* Fidem facere: Neque enim in hoc, *sc. prolixitate*, *id* quod bene *se habet*, æstimatur, neq; celeritate, aut brevitate, sed ipsa mediocritate. 5. *a* Id autem fit, *1* si dicat *ea*, *n* quæcunque rem *actam* declarent; 6. *o* Aut quæcunque efficiant, ut *auditores* existiment factum esse *id*, *quod objecerit*, aut nocuisse, aut injuriam fecisse, aut tanta *esse facta*, quanta *videri ea* velit: *k* Adversario autem, cantraria *sunt afferenda*. 7. *a* Narrationi autem *tua*, *aliunde* attexas, quæcunque vel ad tuā virtutem pertinent: * veluti, "Ego vero admonebam, semper suadens justa, ne liberos suos desereret. 8. *p* Vel ad alterius improbitatem; " *q* Ille autem *improbe* respondit mihi, " Ubi ipse fuerit, futuros *sibi* esse alios liberos: Quod *Regi Psammeticho* deficientes *ab eo* Ægyptios, & *transfugas*, *cum liberos reliquissent*, respondisse ait Herodotus: 9. *r* Vel quæcunque *solent esse* jucunda Judicibus. 10. *ſ* De-

καιος. 2. Καὶ ἁπλούστερος ὁ λόγος οὗτος· ἐκεῖνος δὲ, ποικίλος, καὶ οὐ λιτός. 3. Δεῖ δὲ, τοὺς μὲν γνωρίμους ἀναμιμνήσκειν· διὸ οἱ πολλοὶ οὐδὲν δέονται διηγήσεως· οἷον, εἰ θέλεις Ἀχιλλέα ἐπαινεῖν· ἴσασι γὰρ πάντες τὰς πράξεις· ἀλλὰ χρῆσθαι αὐταῖς δεῖ· ἐὰν δὲ Κριτίαν, δεῖ· οὐ γὰρ πολλοὶ ἴσασιν. ¶ 4. Νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν· καίτοι ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρωμένῳ, " πότερον σκληρὰν ἢ μαλακὴν μάξει; τί δ᾽ ἔφη, εὖ ἀδύνατον; καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως· δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι, ὥσπερ οὐδὲ προοιμιάζεσθαι μακρῶς, οὐδὲ τὰς πίστεις λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ, ἢ τὸ ταχὺ, ἢ τὸ συντόμως, ἀλλὰ τὸ μετρίως. 5. Τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τὸ λέγειν ὅσα δηλώσει τὸ πρᾶγμα. 6. Ἢ ὅσα ποιήσει ὑπολαβεῖν γεγονέναι, ἢ βεβλαφέναι, ἢ ἠδικηκέναι, ἢ τηλικαῦτα ἡλίκα βούλει· τῷ δὲ ἐναντίῳ τὰ ἐναντία. 7. Παραδιηγεῖσθαι δὲ, ὅσα εἰς τὴν σὴν ἀρετὴν φέρει· οἷον, " Ἐγὼ δ᾽ ἐνουθέτουν ἀεὶ τὰ δίκαια, λέγων μὴ τὰ τέκνα ἐγκαταλείπειν. 8. Ἢ θατέρου κακίαν· " Ὁ δὲ ἀπεκρίνατό μοι, ὅτι οὗ ἂν ᾖ αὐτὸς, ἔσται ἄλλα παιδία· ὃ τοὺς ἀφισταμένους Αἰγυπτίους ἀποκρίνασθαί φησιν ὁ Ἡρόδοτος. 9. Ἢ ὅσα ἡδέα τοῖς δικασταῖς. 10. Ἀπολογουμένῳ

γουμένῳ δὲ, ἐλάττων ἡ διήγησις· αἱ δ' ἀμφισβητήσεις, ἢ "μὴ γεγονέναι, ἢ "μὴ βλαβερὸν εἶναι, ἢ "μὴ ἄδικον, ἢ "μὴ τηλικοῦτον· ὥστε περὶ τὸ ὁμολογούμενον οὐ διατριπτέον, ἐὰν μή τι εἰς ἐκεῖνο συντείνῃ *, οἷον, "εἰ πέπρακται, ἀλλ' οὐκ ἄδικον. 11. Ἔτι, πεπραγμένα δεῖ λέγειν, ὅσα μὴ πραττόμενα, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν φέρει· παράδειγμα ὁ Ἀλκίνου ἀπόλογος, ὅτι πρὸς τὴν Πηνελόπην ἐν τριάκοντα ἔπεσι πεποίηται· καὶ ὡς Φαΰλλος τὸν Κύκλον, καὶ ὁ ἐν τῷ Οἰνεῖ πρόλογος. 12. Ἠθικὴν δὲ δεῖ τὴν διήγησιν εἶναι· ἔσται δὲ τοῦτο, ἂν εἰδῶμεν τί ἦθος ποιεῖ· ἓν μὲν δή, τὸ προαίρεσιν δηλοῦν· ποιὸν δὲ τὸ ἦθος, τῷ ποιὰν ταύτην· ἡ δὲ προαίρεσις ποιὰ τῷ τέλει. 13. Διὰ τοῦτο οὐκ ἔχουσιν οἱ μαθηματικοὶ λόγοι ἤθη, ὅτι οὐδὲ προαίρεσιν· τὸ γὰρ οὗ ἕνεκα οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' οἱ Σωκρατικοί· περὶ τοιούτων γὰρ λέγουσιν. 14. Ἄλλα ἠθικὰ, τὰ ἑπόμενα ἑκάστῳ ἤθει· οἷον, "ὅτι ἅμα, λέγων ἐβάδιζε· δηλοῖ γὰρ θρασύτητα καὶ ἀγροικίαν ἤθους. 15. Καὶ μὴ ὡς ἀπὸ διανοίας λέγειν, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ὡς ἀπὸ προαιρέσεως· "Ἐγὼ δὲ ἐβουλόμην, καὶ "προειλόμην γὰρ τοῦτο· ἀλλ' εἰ μὴ ὤνημαι, βέλτιον· τὸ μὲν γὰρ, φρονίμου· τὸ δὲ, ἀγαθοῦ· φρονίμου μὲν γὰρ, ἐν

* *Conjun. ca. præc. par. 3.*

fendenti autem, minor Narratio *conducit*: Controversiæ vero *litigantium, hæ sunt*; aut " Non esse factum, *quod ille narravit*; aut " Non noxium esse; aut " Non injustum; aut " Non tantum. t Quare *harum* si quid fateatur, *in eo* non *est* immorandum; u nisi *narrandum* quid *sit*, *quod* ad illam *purgationem* pertineat; velut, " Si actum est, at non *esse* injustum, *&c.* 11. x Præterea, narrare oportet, *tanquam* actas *& transactas res illas*, quæcunque, *dum ita exponuntur, quasi jam* agantur, aut miserationem, aut indignationem *auditoribus* minime afferant. y Exemplum *est* [1] Alcinoi Apologus, *quo Ulyssis errores prolixe narrantur*, [z] qui *breviter* apud penelopem triginta *uno* versibus factus est: [a] Et ut Phayllus Circulum: 3 Et Euripidis Prologus, in *Fabula* Oeneo. 12. a Moratam autem Narrationem esse oportet: Idque erit, si noverimus, quid efficiat *ipsos* Mores. [1] Jam igitur unum, *quod eos efficit*, *est* ut prælectionem *orator* indicet. [b] Mores autem *sunt* cujusdammodi (*i. boni vel mali*) eo *sc.* quod hæc, cujusdammodi *sit*: [c] Prælectio vero cujusdammodi *censetur* ratione finis, *cujus gratiâ prælegit.* 13. [d] Ob hanc *causam* Mathematicæ demonstrationes, non habent *in se* mores; quia ne prælectionem *quidem*: Nam id, cujus gratiâ, *seu finem* non habent: [e] Verum *sermones* Socratici *habent*: De hujuscemodi enim, *i. prælectione & fine, illi* dicunt. 14. [z] Alia vero Morata *sunt*, quæ singulos mores sequuntur; 1 veluti, " Quod simul, *secum* loquens abibat: Declarat enim *hic discessus* audaciam & rusticitatem morum. 15. 2 Et *illud*, *si* loquatur *Orator*, non tanquam ex sententiâ *seu sagacitate animi*, ut *faciunt* hodierni *Rhetores*; sed tanquam ex prælectione; 1 " Ego vero *hoc* volui: 2 Et " Prælegi enim hoc, *tanquam* melius, etiamsi nihil emolumenti *inde* caperem: Illud n. (*ex subtili ratiocinatione* dicere) prudentis *est*; hoc vero (*ex electione simplici*

t Id agendum; ut *si confessum sit esse Factum*, aut *Noxium*, &c. *quam minima Narratione transigat.*

u Veruntam. *si Conpensatione se purgaverit*, &c. *protrahere illam licebit.*

x Deinque tam Actori quam Reo, *res atroces* fusius & *quasi oculis præsentaneæ, exponendæ* sunt; *si sic* narratæ, *percellant animos: Sin minus*, fatius erit, *quasi transactas, uno verbo perstringere.*

y Exem. 1 *m*, Ulyssis, qui Od. 9, 10, 11, & 12, errores suos Alcinoo Phæacum regi, prolixe.

z Eosdem Odysseâ penult. uxori Penelopæ paucis versibus exposuit.

2 *m*:

3 *m*, Ex fabulâ Eurip.

a Speciatim [*Quomodo tuos vel Personarum* (*quos Narras*) *& Quibus reb. exprimas* mores ?] 2 *b.* sci. 1o, *ex indicato consilio & fine cujusque in rebus singulis gerendis*: *Qualem is scopum in iisdem secutus sit*: *Qualis* enim *prælectio* est, *tales* inde *Mores* emanant, sc. boni vel mali.

c *Prælectio* autem sibi *scopum præstituit* bonum vel malum, *&c.*

d Hinc est, quod *scientiæ Mathematicæ, cum Moribus nihil* habeant *commercii*, quippe *nihil cum Prælectione & Fine.*

e Contra vero, *Morales disputationes Socratis*, apud Platon Xenoph. *&c. Illæ* siquidem *de vitâ & moribus*, ad finem aliquem utilem *institutæ* sint.

2o, Exprimuntur mores *ex narratis Consequentib. quibusdam*: quorum 3 genera. 1, *Alia pertinent ad Actionem & gestum.* E. g. *Inter loquendum abire*, aut *mussitantem discedere, agrestis ingenii est.* 2, *Alia* Consequentia, *spectant ad discursum mentis & loquendi modum*: v. gr. Dicas: " *Te non subtili ratione* fretum *loqui*, *sed simplici animo & bono.*

1 Decrevi hoc, genio suadente, facere:

2 Malui rem meam deteriorem fieri, quam officio deesse

b Sin illud, *quod lubens asseruisti, incredibile* sit: *rationem adjunges sententiæ* judiciique *tui*, *quo fiat* id *verisimile*.

i Exempl. ex Antigona Sophocl. ubi illa incredibilem suam tuetur vocem; Quod pro fratre defuncto ea fecerat, quæ pro conjuge liberisque nollet.

k Quod *si ratio in promptu non sit*: dicas, "*hominum* '*judiciis adversari propensionem naturæ tuæ*: *ut, quæ* '*recta sentias, sublatâ omni* '*spe fructus, gerere malis*.

3 *Aliæ Consequentiæ* (quibus exprimantur mores) *ad Affectus animorum spectant*: Narranda enim sunt,

l Tum *Consequentia communia*, *quæ cuique nota* sunt.

m Tum *propriæ affectuum notæ*, *Dicentis* & *Adversarii*; quas Judices antea non perspexerant.

Exempla *communium Consequentium*.

1 *m*, Quo significatur *animus iratus*, *maléque* erga se *affectus*.

2 *m*, Quod notat *animum petulantiæ superbiæque plenum*.

n Similia exempla apud Homer. plurima: ut, Odyss. 19[a], de Eurycleâ nutrice, quæ pedes heri Ulyssis lavatura, &c. lachrymas tenere non potuit.

o Præcept. *Mores tui* ipsius ab initio, *antequam* unum *verbum narres*, *exprimendi* sunt: viz. *ut voce gestuque*, &c. *te conformatum insinues*: quo, ut *bonis te imbutum moribus* auditores excipiant, *adversarium* respuant, ut *contrariis*.

p Hoc quam proclive, docet exemplum *nunciantium*; quos etiamdum *tacentes*, vel *frugi* esse *auguramur*, vel *malos*.

plici loqui) *est viri* probi: Prudentis enim *est*, ut utile persequatur; Probi vero, ut honestum. 16. [h] Si vero id, *quod prælegisse te ais*, fide careat, tunc causam *ejus* subjungere *oportet*; [i] ut Sophocles facit exemplum ex Antigona; *ubi ipsa dicit*; "*Se* magis sollicitam fuisse de fratre, quam de viro 'aut liberis: Nam eos refici posse, *e*'*tiamsi* perierint;

"Sed cum mater & pater in Plutonis *domum* descenderint,
Non erit unde frater *ullo pacto* exoriri possit.

17. [k] Si vero non habeas causam, *dices* tamen, "Quod non ignoras, te 'res *vulgo* incredibiles dicere; sed *te* 'naturâ talem esse, *ut licet utilitatis* '*ratio id posceret*, *ad hæc tamen propen*'*sior fueris*: Haud *facile* enim credunt *homines*, aliud agere *suâ* sponte *quenquam*, præter *id*, quod utile *est*. 18. [3] Præterea, *mores efficit*, ex *iis*, quæ ad motum *animorum pertinent*, dicere, narrando *sc.* [l] cum *ea* quæ *affectibus sunt* consequentia, & quæ *auditores* sciunt; [m] tum ea, quæ privatim vel ipsi, vel adversario insunt: "[1] Ille vero abiit, me *limis oculis* torvè subaspi'ciens: Et, ut de Cratylo Æschine, "[2] Quod exsibilans & manibus explo'dens *adstaret*: Apposita enim ad persuadendum, *hæc sunt*; quoniam *consequentia ea*, quæ *auditores* sciunt, indicia fiunt illorum *affectuum*, quos nesciunt: [n] Plurima autem talia assumere ex Homero licet; *veluti*,

"Sic igitur ait: Anus vero *Euryclêa* compressit manibus vultum:
Qui enim lachrymare occipiunt, attrectant *manibus* oculos. 19. [o] Et statim *ante Narrationem occœptam*, teipsum cujusdammodi introducas, ut quasi talem *te*, & Adversarium tuum, *quam primum* intueantur *auditores*, *qualem cupis*. Latens vero *hoc* facias. [p] Quod autem, *hoc tibi* facile *sit*, perspicere licet ex iis, qui *res in Tragœdiis* nunciant: De quibus enim nihil *adhuc* scimus, *simulatque* tamen *prodeunt*,

τοῦ τὸ ὠφέλιμον διώκειν· ἀγαθοῦ δ', ἐν τῷ τὸ καλόν. 16. Ἂν δὲ ἄπιστον ᾖ, τότε τὴν αἰτίαν ἐπιλέγειν· ὥσπερ Σοφοκλῆς ποιεῖ παράδειγμα τὸ ἐκ τῆς Ἀντιγόνης, "ὅτι 'μᾶλλον τοῦ ἀδελφοῦ ἐκήδετο· ἢ ἀνδρὸς, ἢ τέ'κνων· τὰ μὲν γὰρ ἂν γενέσθαι ἀπολόμενα·

"Μητρὸς δ' ἐν ᾅδου καὶ πατρὸς βεβηκότων,
"Οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς, ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.

17. Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς αἰτίαν, ἀλλ' "ὅτι οὐκ ἀγνοεῖς ἄ'πιστα λέγων, ἀλλὰ φύσει 'τοιοῦτος εἶ· ἀπιστοῦσι γὰρ ἄλλό τι πράττειν ἑκόντα, πλὴν τὸ συμφέρον. 18. Ἔτι, ἐκ τῶν παθητικῶν λέγειν, διηγούμενον καὶ τὰ ἑπόμενα, καὶ ἃ ἴσασι, καὶ τὰ ἴδια ἢ αὐτῷ, ἢ ἐκείνῳ προσόντα· "Ὁ δ' ᾤχετό με ὑπο'βλέψας· καὶ ὡς περὶ Κρατύλου Αἰσχίνης, "ὅτι 'διασίζων καὶ ταῖν χεροῖν διασείων· πιθανὰ γάρ· διότι σύμβολα γίνεται ταῦτα ἃ ἴσασιν, ἐκείνων ὧν οὐκ ἴσασι· πλεῖστα δὲ τοιαῦτα λαβεῖν ἐξ Ὁμήρου ἐστίν·

"Ὣς ἄρ' ἔφη, γρηῢς δὲ κατέσχετο χερσὶ πρόσωπα·
οἱ γὰρ δακρύειν ἀρχόμενοι, ἐπιλαμβάνονται τῶν ὀφθαλμῶν. 19. Καὶ εὐθὺς εἰσάγαγε σεαυτὸν ποιόν τινα, ἵνα ὡς τοιοῦτον θεωρῶσι καὶ τὸν ἀντίδικον· λανθάνων δὲ ποίει· ὅτι δὲ ῥᾴδιον, ὁρᾶν δεῖ ἐκ τῶν ἀπαγγελλόντων· περὶ ὧν γὰρ μηδὲν ἴσμεν, ὅμως λαμβάνομεν

βάνομεν ὑπολαμβάνειν τινα· 20. Πολλαχοῦ δὲ δεῖ διηγεῖσθαι, καὶ ἐνίοτε οὐκ ἐν ἀρχῇ. ¶ 21. Ἐν δὲ δημηγορίᾳ ἥκιστα διήγησίς ἐστιν, ὅτι περὶ τῶν μελλόντων οὐδεὶς διηγεῖται. 22. Ἀλλ' ἐάν περ διήγησις ᾖ, τῶν γενομένων ἔσται, ἵν' ἀναμνησθέντες ἐκείνων, βέλτιον βουλεύσωνται περὶ τῶν ὕστερον, ἢ διαβάλλοντες, ἢ ἐπαινοῦντες· ἀλλὰ τότε, οὐ τὸ τοῦ συμβούλου ποιεῖ ἔργον. 23. Ἂν δ' ᾖ ἄπιστον, ὑπισχνεῖσθαί τε καὶ αἰτίαν λέγειν εὐθὺς *, καὶ διατάττειν οἷς βούλονται· οἷον, ἡ Ἰοκάστη ἡ Καρκίνου ἐν τῷ Οἰδίποδι, αἰεὶ ὑπισχνεῖται, πυνθανομένου τοῦ ζητοῦντος τὸν υἱόν· καὶ ὁ Αἵμων ὁ Σοφοκλέους.

* *Conjun. supr. par.* 17.

de iis concipimus existimationem aliquam. 20. ᑫ Multis autem in locis *orationis* narrare *oportet*, & quandoque non in principio. ¶ 21. In Deliberatione vero, Narratio minime locum habet; quia de futuris nemo narrat. 22. ʳ Verum si *in eâ* Narratio fuerit, ˢ Præteritorum *sane* erit; ut *Dicentes*, cum *illa* in memoriam revocaverint, melius consultare poterint de futuris; u Vel criminantes *eos,qui illa gesserint*, aut laudantes. ˣ Verum eo tempore nequaquam Deliberantis *proprium* obit munus. 23. ʸ Si vero *id* fide careat, *quod dicitur, Oportebit* & polliceri *te* etiam causam *rei dubiæ* statim esse dicturum,& *rem* illorum arbitrio commissurum quibus *comitti Auditores ipsi* velint: ¹ Veluti, Jocasta *Poetæ* Carcini, in *Fabulâ* Oedipode, semper pollicetur, percunctante eo, qui quærebat filium. ² Et Æmon Sophoclis *ita Antigonæ factum apud patrem Creontem narrat, ut se tamen in ejus potestate futurum spondeat.*

q *Præcept. alterum*: Tametsi Mores antesignani esse debeant, *Narratio* tamen *ipsa cuilibet parti interpolanda, & interdum ab initio missa facienda* est.

r In DELIBERATIVAS, *Narratio* proprie *non cadit*: (Siquidem *illa de præteritis* est; *Deliberatio*, *de futuris*:)

ſ Si quando autem incidat, de præteritis quidem ita fiet, ut

t Vel *iis memoriâ repetitis, expeditius de futuris consulas.*

u Vel *ut insimulando laudandóve earum rerum authores, tueare sententiam tuam.*

x Quanquam hoc cum fit, *Assumpta* est *Narratio* talis, *ex aliis generibus*, *non Deliberantis Propria.*

y Hic quoque, *Narrationibus attexendi* sunt *Mores*, ut si quando *incredibilia* narres, *polliceri* debeas *te totam rem* auditoribus *probaturum*, *& stare velle judicio eorum, quorum ipsis visum fuerit.*

Exempla: 1 *m*, ex Oedipode Carcini.

2 *m*, Ex Antigonâ Sophoclis: ubi Æmon sponsam, illam, suam tuetur contra Edictum Creontis.

De fide, seu de Confirmatione & Refutatione.

Cap. XVII.

Primum, de Quæstionibus probandis, à Par. 1. *Dein de Probationibus ipsis cum iis, quæ ad demonstrandum valent, à par.* 6. *Tum iis, quibus adversarii argumenta elevamus, i. de Solutionibus, à Par.* 19.

Τὰς δὲ πίστεις δεῖ ἀποδεικτικὰς εἶναι· ἀποδεικνύναι δὲ χρή, ἐπεὶ περὶ τεττάρων ἡ ἀμφισβήτησις, περὶ τὸ ἀμφισβητούμενον φέροντα τὴν ἀπόδειξιν· οἷον, εἰ ὅτι οὐ γέγονεν, ἀμφισβητεῖ, ἐν τῇ κρίσει δεῖ τούτου μάλιστα τὴν ἀπόδειξιν φέρειν· εἰ δ' ὅτι οὐκ ἔβλαψε, τούτου, καὶ ὅτι οὐ τοσόνδε, ἢ ὅτι δικαίως· ὡσαύτως καὶ εἰ περὶ τοῦ γενέσθαι τοῦτο ἡ ἀμφισβήτησις. 2. Μὴ λανθανέτω δ', ὅτι ἀναγκαῖον ἐν ταύτῃ

ᵃ Fidem vero oportet idoneam esse ad demonstrandum: Demonstrare autem opus est, (ᵇ Quoniam Controversia fere *est* de quatuor) de re Controversâ afferendo Demonstrationem; Veluti, * in Judicio, si *Reus* non factum esse *controverſetur*, oportet hujus *quæstionis* maxime demonstrationem afferre; ² Si vero non nocuisse, hujus; aut ³ si non tantopere; aut ⁴ si juste. ᶜ Non aliter faciundum erit, si, an factum fuit hoc, *sit* controversia. 2. ᵈ Neque vero lateat, necessarium esse, in hâc controversiâ

a Ad *Quæstiones demonstrandas*, *comparata est Fides*, seu ea ex quibus Fides fit.

b *Eæ*, 4 r *sunt* in singulis orationum generibus.

* In *Judicial* ; *Defendenti* quidem, *demonstrandæ hæ* 4 r:

1 *Quod non fecerit*, ² *Quod non nocuit*, 3 *Quod non tantopore*, 4 *Quod non injuste.*

c Accusanti vero, hæ: *Quod fecerit*, &c.

d Not. Cum *in solâ Quæst. de Facto*, *necessarium* sit, *alterutrum*, vel *Actorem improbum* esse; (*si ol-*

piciat sc. quod *exploratum ipsi non sit*:) vel *Reum, si manifesta neget*: (ut præter litis damnum, jactura quoque existimationis accedat:)

e Huic *Quæstioni imprimis immorandum est*, quo facti crimen aut probes aut eleves, &c.

f In genere *Demonstrativo*: Quæstiones *posteriores tres*, plerunque *probandæ* occurrent: 1. *Amplificatio* afferenda est, *quod valde honesta* aut *utilia* fecerit.

g *Prima autem* [*Quod fecerit*,] *raro admittitur*; tunc sc. cum *facta*, videantur *incredibilia*, vel *alius* quis, *eorum auctor* existimetur.

h In *Deliberativo* denique, *Auctori sententiæ*, *firmandæ* sunt *Quæstiones* omnes 4 r, ut ante in Judiciali.

i Præcept. *de Quæstionibus à causa alienis. In iis si falsus* deprehendatur *Adversarius*, fidem ejus *in causa principali*, *irritam* facies, aut *suspectam*.

k De *Probationibus quæ ad demonstrandum valent* GENERATIM, notat, *Earum alias aliis* orationum *generibus*, promptius *inservire*: v. g.

l *Exempla*, *Deliberativis*:

m *Enthymemata*, *Judicialibus*, &c.

h SPECIATIM; 1o, [*Quomodo Probationes dictæ, si adsint conformari debeant*?] Præcept. *unum*, *de Enthymematis*, bimembre: *Ne absque modo* in oratione *continuentur*, &c.

o *Non contineuntur*:] *Ne posteriora priorum infringant vim*.

p *Non absque modo*:] Quia *rationum terminus* datur *certus*, quem *transcendere non decet*.

q Quod prob. testimon. Menelai Odyss. 4 a, ubi ad Pisistrarum Nestoris filium ait, *servandum* esse *modum*, *etiam in optimis sententiis proferendis*.

r Nec *studeas*, *res omnes firmare Enthymematis*: Quæ enim absque illorum lumine *suâ vi satis lucent*, iis

troversiâ *de Facto* solâ alterum *litigatorem* esse improbum: Non enim excusationem *ibi* habet ignoratio: quemadmodum, si qui de Justo controversarentur: e Quare in hâc *disceptatione de facto* diu insistendum *est*; in aliis vero, secus. 3. f In Demonstrativis autem, plerunque, Amplificatio adhibenda est, " Quod honesta, & utilia *sint*, *quæ fecerit*: Nam Facta *ipsa absque probatione* oportet credi: g Raro enim etiam horum demonstrationes *ibi* adducunt; *& tunc solum*, cum illa fide *prorsus* careant, aut alius *quis potius* eâ laude (*quæ huic tribuitur*,) videatur dignus. 4. h At in Deliberationibus contenderit quis, aut non futura esse, *quæ censet is*, *qui ante sententiam dixit*; aut futura quidem, quæ censet, sed non justa; aut non utilia aut non quanta *fore contendit*. 5. i Oportet vero etiam observare, nunquid falsi attulerit *Adversarius* extra causam *principalem*: Tecmeria enim, hæc esse *specie tenus* apparent, quod etiam in aliis *quæ ad Quæstionem pertinent*, mentitus fuerit. ¶6. k Sunt autem l Exempla quidem, maxime accommodata Deliberationi; m Enthymemata autem Judicio: Illa enim (*Deliberatio*,) circa futurum *est*; ut ex præteritis, necesse *sit* exempla ducere: Hoc vero (*Judicium*) de iis quæ sunt, vel non sunt; cujus rei magis est demonstratio & necessitas: Quod enim factum est, *id* necessitatem habet, *ut confirmari enthymemate queat*. 7. Non oportet autem continenter *& perpetuâ serie*, dicere Enthymemata, sed *cum aliis Fidei generibus ubique* permiscere: o Alioqui, illident *illa*, *atque impedient se* mutuo. p Est enim etiam quantitatis modus *in accumulandis ipsis*: q *Unde illud*,

" *O chare* adolescens, *quoniam tot dixisti*, *quot utique* diceret *cordatus vir*. Sed non *ait*, "*Quoniam* talia *dixisti*, &c. 8. r Et, non de *rebus* omnibus Enthymemata quærere: Sin minus *hoc serves*, facies, quod nonnulli solent ex

τῇ ἀμφισβητήσει μόνῃ τὸν ἕτερον εἶναι πονηρόν· οὐ γάρ ἐστιν ἄγνοια αἰτία, ὥσπερ ἂν εἴ τινες περὶ τοῦ δικαίου ἀμφισβητοῖεν· ὥς᾽ ἐν τούτῳ χρονιστέον· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, οὔ. 3. Ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς, τὸ πολὺ, " ὅτι καλὰ καὶ ὠφέλιμα, ἡ αὔξησις ἔσαι· τὰ γὰρ πράγματα δεῖ πιστεύεσθαι· ὀλιγάκις γὰρ καὶ τούτων ἀποδείξεις φέρουσιν, ἐὰν ἄπιςα ᾖ, ἢ ἂν ἄλλος αἰτίαν ἔχῃ. 4. Ἐν δὲ τοῖς δημηγορικοῖς, ἢ ὡς οὐκ ἔσαι, ἀμφισβητήσειεν ἄν τις· ἢ ὡς ἔσαι μὲν ἃ κελεύει, ἀλλ᾽ οὐ δίκαια· ἢ οὐκ ὠφέλιμα, ἢ οὐ τηλικαῦτα. 5. Δεῖ δὲ καὶ ὁρᾷν εἴ τι ψεύδεται ἐκτὸς τοῦ πράγματος *· τεκμήρια γὰρ ταῦτα φαίνεται καὶ τῶν ἄλλων ὅτι ψεύδεται. ¶6. Ἔσι δὲ, τὰ μὲν παραδείγματα, δημηγορικώτατα †· τὰ δ᾽ ἐνθυμήματα, δικανικώτερα ‖· ἡ μὲν γὰρ περὶ τὸ μέλλον· ὥς᾽ ἐκ τῶν γενομένων ἀνάγκη παραδείγματα λέγειν· ἡ δὲ περὶ ὄντων ἢ μὴ ὄντων, οὗ μᾶλλον ἀπόδειξίς ἐστι καὶ ἀνάγκη· ἔχει γὰρ τὸ γεγονὸς, ἀνάγκην. 7. Οὐ δεῖ δὲ ἐφεξῆς λέγειν τὰ ἐνθυμήματα, ἀλλ᾽ ἀναμιγνύναι· εἰ δὲ μὴ, καταβλάπτει ἄλληλα· ἔσι γὰρ καὶ τοῦ ποσοῦ ὅρος·

" Ὦ φίλ᾽, ἐπεὶ τόσα εἶπες, ὅσ᾽ ἂν πεπνυμένος ἀνήρ.

ἀλλ᾽ οὐ τοιαῦτα. 8. Καὶ μὴ περὶ πάντων ἐνθυμήματα ζητεῖν· εἰ δὲ μὴ, ποιήσεις ὅπερ ἔνιοι ποιοῦσι τῶν φιλοσοφούντων,

* Conjun. Rhetor. ad Alex. c. 9. p. 1. &c.

† Conjun. lib. 1. c. 9. p. 51.

‖ Ibid p. 53.

σοφιζόντων, οἱ συλλογίζονται τὰ γνωριμώτερα καὶ πιστότερα, ἢ ἐξ ὧν λέγουσι. 9. Καὶ ὅταν πάθος ποιῇς, μὴ λέγε ἐνθύμημα· ἢ γὰρ ἐκκρούσει τὸ πάθος, ἢ μάτην εἰρημένον ἔσται τὸ ἐνθύμημα· ἐκκρούουσι γὰρ αἱ κινήσεις ἀλλήλας αἱ ἅμα· καὶ ἢ ἀφανίζουσιν, ἢ ἀσθενεῖς ποιοῦσιν. 10. Οὐδ᾽ ὅταν ἠθικὸν τὸν λόγον, οὐ δεῖ ἐνθύμημά τι ζητεῖν ἅμα· οὐ γὰρ ἔχει οὔτε ἦθος, οὔτε προαίρεσιν ἡ ἀπόδειξις. 11. Γνώμαις δὲ χρηστέον καὶ ἐν διηγήσει *, καὶ ἐν πίστει· ἠθικὸν γάρ· "Καὶ ἐγὼ δέδωκα, καὶ ταῦτ᾽ εἰδὼς, ὡς οὐ δεῖ πιστεύειν." ἐὰν δὲ παθητικῶς, "Καὶ οὐ μεταμέλει μοι, καίπερ ἠδικημένῳ· τούτῳ γὰρ περίεστι τὸ κέρδος· ἐμοὶ δὲ τὸ δίκαιον." 12. Τὸ δὲ δημηγορεῖν χαλεπώτερον τοῦ δικάζεσθαι, εἰκότως· διότι περὶ τὸ μέλλον· ἐκεῖ δὲ περὶ τὸ γεγονὸς, ὃ ἐπιστητὸν ἤδη καὶ τοῖς μάντεσιν, ὡς ἔφη Ἐπιμενίδης ὁ Κρής· ἐκεῖνος γὰρ περὶ τῶν ἐσομένων οὐκ ἐμαντεύετο, ἀλλὰ περὶ τῶν γεγονότων μὲν, ἀδήλων δέ. 13. Καὶ ὁ νόμος, ὑπόθεσις ἐν τοῖς δικανικοῖς· ἔχοντα δὲ ἀρχὴν, ῥᾷον εὑρεῖν ἀπόδειξιν. 14. Καὶ οὐκ ἔχει πολλὰς διατριβάς· οἷον, πρὸς ἀντίδικον, ἢ περὶ αὑτοῦ, ἢ παθητικὸν ποιεῖν· ἀλλ᾽ ἥκιστα πάντων, ἂν μὴ ἐξίστηται. 15. Δεῖ οὖν ἀποροῦντα, τοῦτο ποιεῖν, ὅπερ οἱ Ἀθήνησι ῥήτορες ποιοῦσι· καὶ Ἰσο-

* Conjun. l. 2. c. 22. p. 21.

iis, qui Philosophiæ incumbunt, qui Syllogismo concludunt notiora & certiora, quam *sunt propositiones ipsæ*, ex quibus *ea* colligunt. 9. [f] Et quando affectum *aliquem* concitare velis, ne proferas *eo tempore* Enthymema: [t] Etenim aut ejiciet affectum, aut frustra (*cum affectu*) proferetur Ethymema: Motiones enim, quæ simul *adhibentur*, ejiciunt *se* invicem: & vel *ipsæ* se tollunt, ut nullæ *prorsus* appareant, vel imbecillas efficiunt. 10. [u] Nec, cum Moratam *adhibes* orationem, oportet Enthymema aliquod simul quærere: Non enim habet Mores, nec Prælectionem demonstratio. 11. [x] Sententiis autem utendum *est*, & in Narratione, & in Fide: Nam *hoc quidem* Moratum est, *si narres*; [y] "Ego equidem 'permisi *ei juramentum*, quamvis sci- 'rem, nemini, si illi, credendum esse: [z] Si vero affecte *narrare velis, sic dices*: "Et non pœnitet, me permisisse, eti- 'amsi ego sim qui injuriam acceperim: 'Huic enim *ex eâ re* superest lucrum; 'mihi vero justum. 12. [2] *Versari* vero in Deliberativo *genere*, [1] difficilius *est* quam in Judiciali; Nec injuriâ: quia *Deliberatio* circa Futurum *est*; Ibi vero (*in Judiciali*,) *versamur* circa præteritum; cujus sane scientia comprehendi potest etiam ab *ipsis* vatibus, uti dixit Epimenides Cres: Ille enim vaticinabatur non de rebus futuris, sed de præteritis, illis tamen, quæ obscura essent. 13. a Et lex *est actionis* fundamentum, *seu principium* in Judicialibus: Qui vero habet principium, ei facilius *est* demonstrationem assequi. 14. [3] Et *Deliberatio* non habet multa diverticula; velut *illa sunt in Judiciis*, quæ Adversarii Objectiones dissolvunt, vel quæ de seipso *dicuntur*, vel quæ Affectam *orationem* faciunt: verum *hæc* minime omnium *admittit* Deliberatio, nisi *è munere suo*, seque *ipsâ* discesserit. 15. [2] Oportet igitur *eum*, cum inopiâ *argumentorum* laborat, hoc facere; quod quidem Athenienses Oratores faciunt; [b] & *ipse etiam* Isocra-

non nisi ex obscurioribus lumen addes: quod quàm cœcum, quis non videt?

f Alterum Præc. *de Affectib. & Moribus*. Neque enim *cum* Auditori *Affectum accendere* velis, *eum Enthymemate interturbari* sines:

t Aut enim *exturbabis* animo *inceptum* πάθος, aut *argumenti*, quod suo loco positum, multum prodesset, *jacturam facies*, &c.

u Neque etiam, *cum Mores exprimis*, *iisdem Enthymema importune permisceas*.

x Veruntamen *Sententia*, *cum his* omnibus *conspirat amicissime*, quum & *Narrationi* (quæ Moribus Affectibusque repletur) & *Fidei accommodata sit*.

y Exemp. Sententiæ ab eo editæ qui pecuniâ, quam alteri concredidit, ab eodem fraudatus est. Connectitur autem illa, *cum Narratione Moratâ*:

z Vel *Affectâ*.

2°, *Quomodo fidem Demonstrativam augeas, vel, si desit, suppleas?*] Modis sc. 2 *b*.

1°, *Per aliorum Enthymematum Assumptionem*.

In *deliberativis* enim, quia *durior provincia obeunda* est, quam in Judiciis: idque rat. 3. *c i*.

1 *Rat. rei probandæ*; quæ *in Deliberationibus*, est *Futurum* contingens, *quod sciri nequit*; in *Judiciis* vero, *Præteritum*.

2 *Rat. Principii argumentationum* omnium *certissimi*: quod *in Judiciis* est *ipsa lex*; in *Deliberationibus*, omnino *nullum est*.

3 *Rat. Subsidiorum*; quibus *firmatur oratio Judicialis*: Talia sunt, *Digressiones*, ad *offensionem Adversarii* factæ vel ad *commendationem nostri*; vel *ad Auditores permovendos*, &c. Quibus sane *omnibus nudata* est Deliberatio.

a Idcirco, *deficientibus* præsidiis *aliis*, ad Consultationes, *arripienda* erunt *subsidia ex genere Judiciali*; ne videâre nugas dicere:

b Exempl. Isocrat. qui inter

hortandum, in alios etiam invehi solet.

c In *Demonstrativis* autem, quia *summa* est *argumentorum penuria*; *Assumendæ* erunt *aliorum* hominum rerumve *laudes*, *ad orationem augendam*;

d Eæque vel *Diversæ à re propositâ*: (ut Isocrat. in laudand. Busiride, digreditur in laudem Ægypti, ubi is regnavit, &c.)

e Vel *cum eo*, *quem laudas*, *ex consecutione cohærentes*; Sive *cum ipsius genere*: (ut Gorgias fecit:)

f Sive *cum virtutibus ejus*; seu *alio modo*.

g *Similes* etiam *Consecutionum gradus servavit Gorgias in accusando*, *vituperando*, &c.

2°, *Fides* etiam *augetur per Morum amabilium Assumptionem*, *vel saltem* (si Enthymema desit:) *suppletur per eorundem substitutionem*.

h *Collatio Enthymematum*: *Elenchicis plus salis* adspersum est, *quam Demonstrativis*. *Majore enim vi* & evidentia *conclusionem* dant; cum *conficiantur ex oppositis* juxta se invicem collocatis.

i. DISSOLUTIONES (quibus adversantia argumenta eleves) *reducere* oportet *ad Enthymematicam Fidem*; ita ut *harum cum illis amica sit cognatio*.

k De *istarum ordine in Deliberativis* & *in Judiciis*, illud *præcipitur*, ut

l Qui PRIORI *loco* dicit, PRIMUM *rationes suas* explicet: *Mox illis quæ* ipsi *adversentur*, *occursum eat*.

m Except. Si *multa veraque* tuæ causæ *offecerint*, *imprimis* tibi *disturbanda illa*: ne *tanti sint* ponderis, *ut avertant eorum animos*, *qui te audiunt*.

Isocrates: Et enim Deliberans accusat; veluti Lacedæmonios quidem, in *suâ* Panegyricâ; *quæ deliberativa est*: Charetem vero *Imperatorem*, in Sociali, *seu de Pace*. 16. [c] In Demonstrativis autem, *ubi Propria paucissima habent*, *quæ dicant*, oportet orationem alienis Laudationibus, tanquam Episodiis *quibusdam*, refercire: [d] velut Isocrates facit: Semper enim, *dum unum laudat*, aliquem *alium* virum *ad laudandum* introducit: [e] Et *illud* quod *gloriosè* Gorgias dicebat, " Nunquam ' sibi orationem deesse, *hoc idem* est: Si enim de Achille loquatur, Peleum *patrem* laudat, deinde Æ. cum *avum*, deinde *& proavum* Deum, *Jovem*: [f] Similiter vero etiam Fortitudinem *laudat*: [g] Et hæc, atque hæc *in quavis oratione per gradus* facit; quod hujusmodi quiddam est. 17. [a] Ac habenti quidem Demonstrationes, & Moratè dicendum *erit*, & Demonstrativè: Si vero non habeas Enthymemata, Moratè *dices*: Et quidem magis probo *viro* convenit, ut *ipse* bonus appareat, quam ut oratio *ejus* exquisita *sit*. 18. [h] Ex Enthymematibus vero, quæ *valent* ad refutandum, magis probantur *& arrident*, quam quæ ad demonstrandum; quia quæcunque refutandi obeunt munus, ea magis syllogismo conclusa sunt, Contraria enim juxta se *posita*, magis nota fiunt. ¶ 19. [i] Quæ vero *afferuntur* contra Adversarium, *seu Dissolutiones*, non altera aliqua species *sunt*, sed ad Fidem *Enthymematicam* pertinent; *ita* sicut alia quidem, *hæ* solvant per objectionem; alia, per Ratiocinationem. 20. [k] Oportet autem cum in Consultatione, tum in Judicio, [l] eum quidem qui priori loco dicit, suam primum ipsius facere fidem; posterius vero *iis*, quæ *ipsi* adversantur, *rationibus* occurrere, solvendo eas, & priusquam objiciuntur, elevando. 21. [m] Sin autem contrariarum *rationum* pugna *multiplex &* varii generis fuerit, prius contraria *solvere oportet*: veluti fecit Callistratus in Mes-

κράτης· καὶ γὰρ συμβουλεύων κατηγορεῖ, οἷον Λακεδαιμονίων μὲν, ἐν τῷ πανηγυρικῷ· Χάρητος δὲ, ἐν τῷ συμμαχικῷ. 16. Ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς, δεῖ τὸν λόγον ἐπεισοδιοῦν ἐπαίνοις, οἷον Ἰσοκράτης ποιεῖ· ἀεὶ γάρ τινα εἰσάγει· καὶ ὃ ἔλεγε Γοργίας, " ὅτι οὐχ ὑπολείπει αὐτὸν ὁ λόγος, ταὐτό ἐστι· εἰ γὰρ Ἀχιλλέα λέγει, Πηλέα ἐπαινεῖ, εἶτα Αἰακὸν, εἶτα τὸν θεὸν· ὁμοίως δὲ καὶ ἀνδρείαν· ἢ τὰ καὶ τὰ ποιεῖ· ὃ τοιόνγε ἐστίν. 17. Ἔχοντα μὲν οὖν ἀποδείξεις, καὶ ἠθικῶς λεκτέον, καὶ ἀποδεικτικῶς· ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς ἐνθυμήματα, ἠθικῶς· καὶ μᾶλλον τῷ ἐπιεικεῖ ἁρμόττει χρηστὸν φαίνεσθαι, ἢ τὸν λόγον ἀκριβῆ· 18. Τῶν δὲ ἐνθυμημάτων τὰ ἐλεγκτικὰ μᾶλλον εὐδοκιμεῖ τῶν δεικτικῶν *· ὅτι ὅσα ἔλεγχον ποιεῖ, μᾶλλον δῆλον ὅτι συλλελόγισται· παράλληλα γὰρ μᾶλλον τἀναντία γνωρίζεται. ¶ 19. Τὰ δὲ πρὸς τὸν ἀντίδικον, οὐχ ἕτερόν τι εἶδος, ἀλλὰ τῶν πίστεών ἐστι, τὰ μὲν λῦσαι ἐνστάσει †· τὰ δὲ, συλλογισμῷ. 20. Δεῖ δὲ καὶ ἐν συμβουλῇ, καὶ ἐν δίκῃ, ἀρχόμενον μὲν λέγειν τὰς ἑαυτοῦ πίστεις πρότερον· ὕστερον δὲ, πρὸς τἀναντία ἀπαντᾷν λύοντα καὶ προδιασύροντα. 21. Ἂν δὲ πολύχους ᾖ ἡ ἐναντίωσις, πρότερον τὰ ἐναντία· οἷον ἐποίησε Καλλίστρατος ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ·

* Conjun. l.2.c.25. p.11.

† Conjun. l.2.c.27. pa.1.

ἃ γὰρ ἐροῦσι, προανελὼν οὕτως τότε αὐτὸς εἶπεν. 22. Ὕστερον δὲ λέγοντα, πρῶτον τὰ πρὸς τὸν ἐναντίον λόγον λεκτέον, λύοντα καὶ ἀντισυλλογιζόμενον, καὶ μάλιστα ἂν εὐδοκιμηκότα ᾖ· ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπον προδιαβεβλημένον οὐ δέχεται ἡ ψυχὴ, τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ λόγον, ἐὰν ὁ ἐναντίος εὖ δοκῇ εἰρηκέναι· δεῖ οὖν χώραν ποιεῖν ἐν τῷ ἀκροατῇ τῷ μέλλοντι λόγῳ· ἔσται δὲ, ἂν ἀνέλῃς. 23. Διὸ ἢ πρὸς πάντα, ἢ τὰ μέγιστα, ἢ τὰ εὐδοκιμοῦντα, ἢ τὰ εὐέλεγκτα μαχεσάμενον, οὕτω τὰ αὐτοῦ πιστὰ ποιητέον.

"Ταῖς θεαῖσι πρῶτα σύμμαχος γενήσομαι·

"Ἐγὼ γὰρ Ἥραν — ἐν τούτοις ἥψατο πρῶτον τοῦ εὐηθεστάτου· περὶ μὲν οὖν πίστεων ταῦτα. 24. Εἰς δὲ τὸ ἦθος, ἐπειδὴ ἔνια περὶ αὑτοῦ λέγειν, ἢ ἐπίφθονον, ἢ μακρολογίαν, ἢ ἀντιλογίαν ἔχει· καὶ περὶ ἄλλου, ἢ λοιδορίαν, ἢ ἀγροικίαν· ἕτερον χρὴ λέγοντα ποιεῖν, ὅπερ Ἰσοκράτης ποιεῖ ἐν τῷ Φιλίππῳ, καὶ ἐν τῇ Ἀντιδόσει· καὶ ὡς ὁ Ἀρχίλοχος ψέγει· ποιεῖ γὰρ τὸν πατέρα λέγοντα περὶ τῆς θυγατρὸς ἐν τῷ ἰάμβῳ,

"Χρημάτων δ' ἄελπτον οὐθέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον. Καὶ τὸν Χάρωνα τὸν τέκτονα ἐν τῷ ἰάμβῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ,

"Οὔ μοι τὰ Γύγεω — καὶ ὡς Σοφοκλῆς τὸν Αἵμονα * ὑ-

* *Conjun. supr. cap. 16. ult.*

seniacâ concione: Quæ enim dicturi erant *Adversarii*, cum is primum sustulisset; Sic *deinde ipse, quod causæ suæ prodesset*, protulit. 22: [n] Eum verò, qui posteriori loco dicit, prius dicere oportet ea, quæ Adversarii rationi *obsistunt*, solvendo eam, & Contrariam Ratiocinationem opponendo; [o] & maxime, si *Adversarii* argumenta *auditoribus* probata fuerint: [p] Ut enim hominem ante in crimen vocatum non recipit animus *Judicis*: eodem modo, ne orationem quidem *attente audimus*, si Adversarius bene dixisse visus fuerit. [q] Oportet igitur locum in Auditore parare, ad orationem sequentem: *Id* autem fiet, si *impedimenta* sustuleris. 23. [r] Quamobrem oratorē, cum vel adversus omnia *argumenta Adversarii*, vel adversus *ea, quæ* maxima, aut quæ probata *sunt*, aut quæ facile possunt redargui, pugnaverit, ita *demum* oportet suas *ipsius rationes* fide dignas reddere: [s] *velut Hecuba*,

"Dearum primum patrocinium suscipam:

"Ego enim Junonem *defendam*. -- In his attigit *primum Hecuba*, quod *in oratione Helenæ erat* insulsissimum. Ac de Fide quidem *Enthymematicâ*, hæc *dicta sunto*. 24. [t] Quod *attinet* ad *declarandos* Mores; [u] Quoniam nonnulla de seipso prædicare, aut invidiosum est, aut importunitatem dicendi, vel alterius obtrectationem *paratam* habet; [x] Et de alio *quadam dicere*, aut convicium *præ se fert*, aut rusticitatem *morum*; [y] Idcirco oportet, alium, *ea exponentem*, introducere: [z] Quod quidem Isocrates facit *in oratione* ad Philippum, *ubi fingit alios in Philippum ea dicere*, & in Antidosi: [a] Et [a] ut Archilochus vituperat; Inducit enim patrē *Lycamben* dicentem de filiâ, in Iambo,

"Pecuniâ nihil est quod desperari, nihil quod non jurari futurū queat.

[a] Et Charonem fabrū *inducit* in Iambo, cujus initium *est*;

"Non mihi Gygis *divitiæ tanti sunt*.

[b] Et ut Sophocles Æmonem, pro

n Contra, Qui POSTERIORE *loco* dixerit, ei PRIMUM *argumenta Adversarii discutienda* occurrunt;

o Potissimum quidem, *si Judicum visa* sint *animis insedisse*.

p Ut enim *hominem*, qui *flagrat infamiâ*, *repudiare* consuevimus; ita *nec Orationem* benige *excipimus* eam, cui *oratio Adversarii præponderâsse* visa est.

q Prius ergo *præparabis* tibi *sedem in* animo *audientis*: *exturbatis* (quæ totum illum occuparant) *Adversarii dictis*.

r Mox igitur, *postquam contra* adversarii *rationes omnes*, aut *firmissimas*, &c. acriter *præliatus* fueris; *tua* demum *argumentis firmare* par est, *quo ad persuadendum* illa *valde valeant*.

ſ Exemp. ex Eurip. Troad. Loquitur Hecuba apud Menelaum, contra Helenam, quæ deorum imperio, se Paridem secutam esse dixerat.

t De *Moribus*, (qui ad *Demonstrationes* & ad *Dissolutiones* valent) *præcept*.

u Quoniam enim *illi*, absque *invidiæ metu*, aut *existimationis dispendio* interdum *exprimi* nequeunt: Sive *mores tuos* ipsius *prædices*;

x Sive *Adversariorum depraves*:

y Idcirco, ad *hæc declinanda*, *tutissimum* erit, eos κατὰ προσωποποιίαν, i. *per aliam personam fictam*, μιμητικῶς exponere: ut

z In *Deliberativis*: Exempl. ex Isocrate.

a In *Demonstrativis*: Exempl. ex Archilocho Poëta Iambico,

1m,

2m.

b In *Judicialib*. Exempl. ex Sophocl. Antigonâ.

c *Præcept. generale de Enthymematib. & moribus*: Quia enim *illis exprimendis*, *Enthymemata parum* apte *quadrant*; *commutanda* sane hæc erunt *in Sententias* Moratas.

d Exempl. *Sententiæ Enthymematicæ*, seu *ex dissoluto Enthymemate confectæ*: (de qualibus, vide lib. 2. cap. 22. p. 7.) Sumptum forte ex Isocr. orat. ad Archidamum Spartanum; à quo hanc fingit pronunciatam, in rebus Laconum afflictis.

Antigonâ *verba facientem*, apud patrē *Creontem*, quasi *de illius laude, non ipse*, *sed* alii loquantur. 25. c Oportet verò etiam immutare Enthymemata, & Sententias facere aliquando: d velut, 'Oportet eos, qui sanâ mente sunt, tunc reconciliationes *cum hostibus* 'facere, cum prosperâ fortunâ utuntur: Sic enim optimis *conditionibus* 'rem gerent: Enthymematice autem *idem sic*, "Si enim reconciliationem 'tunc facere oportet, quando reconciliationes & utilissimæ sint, & commodissimarum conditionum plenæ, '*profecto* tunc *homines* facere oportet, 'cum prosperâ fortunâ utuntur.

περὶ τῆς Ἀντιγόνης πρὸς τὸν πατέρα, ὡς λεγόντων ἑτέρων. 25. Δεῖ δὲ καὶ μεταβάλλειν τὰ ἐνθυμήματα, καὶ γνώμας ποιεῖν ἐνίοτε· οἷον, "χρὴ δὲ τὰς διαλ'λαγὰς ποιεῖν τοὺς νοῦν ἔ'χοντας εὐτυχοῦντας· οὕτω 'γὰρ ἂν μέγιστα πλεονεκτοῖεν· 'ἐνθυμηματικῶς δέ, "εἰ 'γὰρ δεῖ, ὅταν ὠφελιμώ'ταται ὦσι καὶ πλεονεκτικώ'ταται αἱ καταλλαγαί, τό'τε καταλλάττεσθαι; εὐ'τυχοῦντας δεῖ καταλ'λάττεσθαι.

De Contentione Judiciali, sive de Interrogatione, & de Ridiculis.

Cap. XVIII.

De Interrogatione, quæ ad captandum adversarium prodest, à Par. 1. Et de Responsione, à Par. 7. De Ridiculis, quibus Adversarium sugillando, argumenta ejus eludas, à Par. 11.

a *Interrogationis tempora opportuna 4r. Præcipuum* est, cum, *unâ parte* contradictionis *ab Adversario* jam *pronunciatâ* & concessâ, *si alteram* tantum *interrogaverit*, è vestigio *perducere illum* possis *ad Absurdum*; i. ad contradictorium ejus, quod primum affirmaverat.

b Exempl. de Pericle; qui Lamponem augurem de Cærimoniis deæ Servatricis (sive Cereris, sive Dianæ) interrogabat, &c.

2m Tem. *Cum contradictionis una pars, omnibus perspicua* fit: *alteram*, si eum, *interrogaveris*, *haud dubie concessurus* sit Adversarius: *Ex hac* enim interrogatâ, *deduces* eum *ad Falsum*, i. ad contradictionem, ejus, quod omnibus notum est.

a Quod ad Interrogationem autem; *hanc* fieri opportunum est, 'præcipue quidem, quando *adversarius* alteram *propositionis partem*, *quæ concludi contra illum debet*, *jam sponte suâ* affirmaverit; ita ut, si unum *aliud* præterea interrogaveris, *statim* contingat absurdum: b veluti Pericles Lamponem *vatem primum* interrogavit de cærimoniis Sacrorum Deæ *Sospitæ*: Cum autem responderet *is*, "Nefas esse *hominem* non initiatum, 'hæc audire; *amplius* interrogabat, "An ipse *hæc* nosset? Aiente *illo*; "At quomodo (*intulit Pericles*) *hæc nosti*, qui non es initiatus? 2. a Secundo *loco* autem, quando *sententiarum*, *quæ hîc spectantur*, una quidem, sit *omnibus* manifesta, altera verò *ei*, qui *illam interrogaturus est*, *adversarium* concedere velle perspicuum sit: Eum enim qui unam propositionem percunctatus est, non oportet *præterea* interrogare *sententiam eam*, *quæ omni-*

Περὶ δὲ ἐρωτήσεως, εὔκαιρόν ἐστι ποιεῖσθαι, μάλιστα μὲν, ὅταν τὸ ἕτερον εἰρηκὼς ᾖ, ὥστε ἑνὸς προσερωτηθέντος, συμβαίνει τὸ ἄτοπον· οἷον Περικλῆς Λάμπωνα ἐπήρετο περὶ τῆς τελετῆς τῶν τῆς σωτείρας ἱερῶν· εἰπόντος δὲ, "ὅτι οὐχ οἷόν τε ἀτέλεστον ἀκούειν· ἤρετο, "εἰ οἶδεν αὐτός· φάσκοντος δὲ, "καὶ 'πῶς ἀτέλεστος ὤν; 2. Δεύτερον δὲ, ὅταν τὸ μὲν, φανερὸν ᾖ· τὸ δὲ ἐρωτήσαντι δῆλον ᾖ, ὅτι δώσει· πυθόμενον γὰρ δεῖ τὴν μίαν πρότασιν, μὴ προσερωτᾶν τὸ φανερὸν

ρὸν, ἀλλὰ τὸ συμπέρασμα εἰπεῖν· οἷον Σωκράτης Μελίτου οὐ φάσκοντος "αὐτὸν θεοὺς νομίζειν, εἴρηκεν, "εἰ δαιμόνιόν τι λέγοι· ὁμολογήσαντος δὲ, ἤρετο, "εἰ οὐχ οἱ δαίμονες, ἤτοι "θεῶν παῖδες εἶεν, ἢ θεῖόν τι *· φήσαντος δὲ, "ἔστιν οὖν ἔφη, ὅστις "θεῶν μὲν παῖδας οἴεται "εἶναι, θεοὺς δὲ οὔ. 3. Ἔτι, ὅταν μέλλῃ ἢ ἐναντία λέγοντα δείξειν, ἢ παράδοξον. 4. Τέταρτον δὲ, ὅταν μὴ ἐνῇ, ἀλλ' ἢ σοφιστικῶς, ἀποκρινάμενον λῦσαι· ἐὰν γὰρ οὕτως ἀποκρίνηται, ὅτι ἔστι μὲν, ἔστι δ' οὔ· ἢ, "τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ· ἢ, "πῇ μὲν, πῇ δ' οὔ· θορυβοῦσιν ὡς ἀποροῦντες. 5. Ἄλλως δὲ, μὴ ἐγχειρεῖν· ἐὰν γὰρ ἐνστῇ, κεκρατῆσθαι δοκεῖ. 6. Οὐ γὰρ οἷόν τε πολλὰ ἐρωτᾶν, διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ ἀκροατοῦ· διὸ καὶ τὰ ἐνθυμήματα, ὅτι μάλιστα συστρέφειν δεῖ. ¶ 7. Ἀποκρίνασθαι δὲ δεῖ, πρὸς μὲν τὰ ἀμφίβολα, διαιροῦντα λόγῳ, καὶ μὴ συντόμως. 8. Πρὸς δὲ τὰ δοκοῦντα ἐναντία, τὴν λύσιν φέροντα εὐθὺς τῇ ἀποκρίσει, πρὶν ἐπερωτῆσαι τὸ ἑξῆς, ἢ συλλογίσασθαι· οὐ γὰρ χαλεπὸν προορᾶν ἐν τίνι ὁ λόγος· φανερὸν δ' ἡμῖν ἔστω ἐκ τῶν τοπικῶν † καὶ τοῦτο, καὶ αἱ λύσεις. 9. Καὶ συμπεραινομένου, ἐὰν ἐρώτημα ποιῇ τὸ συμπέρασμα, τὴν αἰτί-

* Conjun. lib. 2. ca. 24. p. 19.

† Conjun. Top. 8.

bus manifesta est; sed ipsam conclusionem afferre: [c] velut Socrate, cum Melitus *accusator* objiceret, "Ipsum 'non putare Deos esse, quæsivit *ex eo*, "An *is* Dæmonium *esse* aliquod diceret? Confitente *illo*, interrogavit; "An non Dæmones, aut Deorum filii essent, aut Divinum aliquid? Affirmante *illo*; "Est igitur, inquit, qui 'Deorum filios arbitratur esse, Deos 'autem *non esse*. 3. [3] Præterea, quando *Orator* demonstraturus est *Adversariū*, aut contraria dicere, aut *ea* quæ *sunt* præter opinionē *communem*. 4. [4] Quarto loco, quando *Adversarius* non habet, nisi Sophisticâ Responsione *tuam rationem* dissolvere: Si enim *Adversarius concisis distinctionibus* responderit sic; "*Hoc* partim esse, partim non *esse*; vel, "Partim *esse* hæc, partim vero illa; vel, "Aliquo quidem modo *esse*, aliquo verò non; conturbantur *Auditores, ut, quid sibi hæc velint*, hæsitantes. 5. [d] Alias vero, *nisi uno horum quatuor temporum, interrogationem* aggredi non *oportet*: Nam si *adversarius interrogationi commode* instantiam ferat, victus videtur *hic, qui interrogavit*. 6. [e] Neque enim *huic licet* multa interrogare, propter infirmitatem Auditoris, *qui plurimas simul argutias subsequi nescit*. Quamobrem & Enthymemata quam maxime contrahere oportebit, *ne longitudine audientem fatigent*. ¶ 7. [f] Respondere verò oportet, [1] ad Ambigua quidem, *ea* distinguendo *prolixiori* oratione, & non *dictione* concisâ. 8. [2] Ad ea verò, quæ videntur Contraria, Solutionem afferendo *statim* cum Resposione ipsâ, priusquam, quod *absurdi* reliquum *est*, interrogaverit, aut Syllogismo *id, quod vult*, concluserit: Non enim difficile *est* prospicere, in quo *manet adversarii* ratio, *cui obsistere debemus*: Manifesta autem sit nobis ex Topicis, etiam hæc prospectio, atque *argumentorum etiam & objectionum* Solutiones. 9. [g] Et unà concludendo, si *Adversarii* Interrogatio Conclusionem efficiat, *oportet subito*

c Exempl. ex Platon. in Apologiam Socratis; ubi is Melitum accusatorem interrogavit; *Num Dæmonia essent Deorum filii?* Aiente igitur illo, conclusit, *putare aliquem posse, deorum filios esse*, & *tamen Deos non esse.*

3m Temp. Cum *adversarius* duci eo videtur posse, ut *vel contraria dicat*, vel id quod *inopinabile* est.

4m, Cum Adversarius facultatem *respondendi non* habeat, *nisi per spinosas sophisticasq; distinctiones*, quas *vulgus* hominum semper *suspectas* habent: *Eas* enim cum *Judices audiunt*, mente commoventur; ut qui, tanquam *in salebrâ hærentes*, nesciant quid *sequi*, aut *probare* debeant in *tam subtilibus* minutisque *argutiis*.

d Præcept. *Nulla aliâ*, præter jam dicta, *temporibus*, *interrogationem tentandam*: *Periculum* n. esse, *ne adversarius* instantiam aperte ferens, *causam tuam* in judicio *elevet*.

e Prolepf. *Neque* enim est, quod *Instantiam* (siquam attulit) *aliâ interrogatione aggredi* licere putes: siquidem *cumulatas* Interrogationes *auditoris infirmitas haud ferat*.

f RESPONSIO, *pro varietate Interrogationum*, (ne te irretiant) *varie formanda*:

1o, Ad *Ambigua* (*de quib. par.* 4.) fit, *distinguendo prolixe*, non *concise*.

2o, Ad *Contraria* (*de quib.* par. 3. 2. & 1.) danda est; interim *ut Solutione* statim *prævenias*, *priusquam adversarius* propositiones *sequentes interroget*, aut *ex iisdem conclusionem* inferat.

g Sin *Adversarius* interrogando *ad conclusionem pervenerit*; *eludenda* erit *illa* conclusio *allatâ causâ*, ut e laqueo, quo pæne irretitus es, te integrum expedias.

Exempla: 1m, *Sophoclis viri* Politici & *principis*, qui unus è 400. tyrannis fuit;

2m, *Spartiatæ* cujusdam, *qui Ephorus* fuisset, rerumque in eo magistratu rationem reddebat.

b Ex hâc Reg. *Præcept. bimembre. Ne Interroges post Conclusionem*:

i *Neve* ipsam *Conclusionem Interroges*; præterquam cum *causa aperta*, adeoque *firma* sit, ut labefactari nequeat.

k De RIDICULIS & Jocis: Quoniam illa *valent in Contentionibus*; idque tunc, *cum iis utendum* esse *præcepit Gorgias*.

l Propterea, 1 *Quot sint eorum genera*, petiisses ex 2° Poetic. libro, nisi is injuriâ temporum periisset.

2 *Qualia usurpanda*, patet *Distinctione*: Cum enim non omnes *joci eandem personam*, sed *alii ingenuum* hominem *magis* deceant; *alii minus*:

m Videndum, ut sibi *convenientibus se exornet quisque*.

n Ex jocis autem, quæ minus decent, *Dissimulatio scurrilitati* præponenda est: Illa enim voluptatem superbe captat *ex inscitiâ alterius*. Hæc *voluptati alienæ* turpiter *inservit*.

subito rei causam adjicere: [1] veluti Sophocles interrogat' à Pisandro, “An visum esset ipsi, ut & aliis Senatoribus, de constituendis quadringentis *Tyrannis*? Affirmavit: Quid verò *inquit Pisander*? Nonne prava hæc tibi videbantur esse? Affirmavit: “Nonne igitur tu commisisti mala hæc? sane affirmavit: Non n. erant alia *his* meliora. [2] Et, ut Lacon *quidam*, cum posceretur *ratio* Ephoratus *à se gesti*, interrogatus *à quodam*, “An ipsi, justo *supplicio* periisse viderentur *Ephori* alii, *ipsius collegæ*? Affirmavit: Ille verò, “Nonne igitur tu hæc *injusta* cum illis decrevisti? Et is affirmavit: “Nonne igitur juste, inquit, & tu peribis? Minime, inquit; Illi enim, cum pecunias accepissent, hæc egerunt: Ego verò, nequaquam, sed ex *animi* sententiâ. 10. [b] Quamobrem neque *amplius* interrogare oportet, post conclusionem *prolatam*, [i] neque conclusionem *ipsam* interrogare, nisi adhuc multum veritatis *in disceptatione* superfit. ¶ 11. [k] De Ridiculis autem (Quoniam aliquem *ea* videntur usum habere in Contentionibus: Et Gorgias *Leontinus* dicebat “Seria dicta, contrariorum risu & jocis discutienda esse, risum verò seriis; *id* recte monens:) [l] dictum est in lib. de Poetica; [1] *nempe*, Quot sint Ridiculorum genera: 12. [2] Quorum unum quidem, convenit *homini* libero; alterum verò, nequaquam: [m] *Qui* igitur *dicit*, quatenus ipsi *Ridiculum* conveniens *sit*, assumere *debebit*. 13. [n] Est autem *Dissimulatio*, *quæ* & Ironia, liberalior, quam Scurrilitas, *quæ* βωμολοχία *dicitur*. Ille enim *dissimulator*, sui gratiâ, *ut se oblectet*, fingit Ridiculum; Scurra verò, alterius, *ut risum moveat*.

ἂν εἰπεῖν· οἷον Σοφοκλῆς ἐρωτώμενος ὑπὸ Πεισάνδρου, ‘εἰ ἔδοξεν αὐτῷ ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις προβούλοις, καταστῆσαι τοὺς τετρακοσίους; ἔφη· “τί δέ, οὐ πονηρά σοι ταῦτα ἐδόκει εἶναι; ἔφη· “οὐκοῦν σὺ ταῦτα ἔπραξας τὰ πονηρά; ναὶ ἔφη· οὐ γὰρ ἦν ἄλλα βελτίω· καὶ ὡς ὁ Λάκων εὐθυνόμενος τῆς ἐφορείας, ἐρωτώμενος “εἰ δοκοῦσιν αὐτῷ δικαίως ἀπολωλέναι ἕτεροι· ἔφη· ὁ δέ, “οὐκοῦν σὺ τούτοις ταὐτὰ ἔθου· καὶ ὃς ἔφη· “οὐκοῦν δικαίως ἂν ἔφη καὶ σὺ ἀπόλοιο· οὐ δῆτα ἔφη· οἱ μὲν γὰρ χρήματα λαβόντες, ταῦτα ἔπραξαν· ἐγὼ δέ, οὔ· ἀλλὰ γνώμῃ. 10. Διὸ οὔτε ἐπερωτᾷν δεῖ μετὰ τὸ συμπέρασμα, οὔτε τὸ συμπέρασμα ἐπερωτᾷν *, ἐὰν μὴ τὸ πολὺ περιῇ τοῦ ἀληθοῦς. ¶ 11. Περὶ δὲ τῶν γελοίων, ἐπειδή τινα δοκεῖ χρῆσιν ἔχειν ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ δεῖν ἔφη Γοργίας, τὴν μὲν σπουδὴν διαφθείρειν τῶν ἐναντίων γέλωτι, τὸν δὲ γέλωτα σπουδῇ, ὀρθῶς λέγων, εἴρηται πόσα εἴδη γελοίων ἐστὶν ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς. 12. Ὧν τὸ μέν, ἁρμόττει ἐλευθέρῳ· τὸ δέ, οὔ· ὅπως οὖν τὸ ἁρμόττον αὐτῷ, λήψεται. 13. Ἔστι δ' ἡ εἰρωνεία τῆς βωμολοχίας ἐλευθεριώτερον· ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ ἕνεκα ποιεῖ τὸ γελοῖον †· ὁ δὲ βωμολόχος, ἑτέρου.

* Conjun. 2. Top. c. 2. p. 10.

† Conjun. 4. Ethic. ca. 14.

De Epilogo seu Peroratione.

Ὁ δ' ἐπίλογος σύγκειται ἐκ τεττάρων, ἔκ τε τοῦ πρὸς ἑαυτὸν κατασκευάζειν εὖ τὸν ἀκροατὴν, καὶ τὸν ἐναντίον φαύλως· καὶ ἐκ τοῦ αὐξῆσαι, καὶ ταπεινῶσαι· καὶ ἐκ τοῦ εἰς τὰ πάθη τὸν ἀκροατὴν καταστῆσαι· καὶ ἐξ ἀναμνήσεως. 2. Πέφυκε γὰρ μετὰ τὸ ἀποδεῖξαι, αὐτὸν μὲν, ἀληθῆ· τὸν δὲ ἐναντίον, ψευδῆ· οὕτω τὸ ἐπαινεῖν, καὶ ψέγειν, καὶ ἐπιχαλκεύειν. 3. Δυοῖν δὲ θατέρου δεῖ στοχάζεσθαι, ἢ "ὅτι τούτοις ἀγαθὸς, ἢ "ὅτι ἁπλῶς· ὁ δ', ἢ "ὅτι κακὸς τούτοις, ἢ "ὅτι ἁπλῶς· ἐξ ὧν δὲ δὴ τοιούτους κατασκευάζειν δεῖ, εἴρηνται οἱ τόποι, πόθεν σπουδαίους δεῖ κατασκευάζειν καὶ φαύλους. 4. Τὸ δὲ μετὰ τοῦτο δεδειγμένων ἤδη, αὔξειν ἐστὶ κατὰ φύσιν, ἢ ταπεινοῦν· δεῖ γὰρ τὰ πεπραγμένα ὁμολογεῖσθαι, εἰ μέλλει τὸ ποσὸν ἐρεῖν· καὶ γὰρ ἡ τῶν σωμάτων αὔξησις, ἐκ προϋπαρχόντων ἐστίν· ὅθεν δὲ δεῖ αὔξειν καὶ ταπεινοῦν, ἔκκεινται οἱ τόποι πρότερον. 5. Μετὰ δὲ ταῦτα δήλων ὄντων καὶ οἷα καὶ ἡλίκα, εἰς τὰ πάθη ἄγει τὸν ἀκροατήν· ταῦτα δ' ἐστὶν, ἔλεος, καὶ δείνωσις, καὶ ὀργὴ, καὶ μῖσος, καὶ φθόνος, καὶ ζῆλος, καὶ ἔρις· εἴρηνται δὲ καὶ τούτων οἱ τόποι

CAP. XIX.

[a] PEroratio verò componitur ex quatuor *partibus*; Tum ex eo, ut *Orator* [1] Auditorem erga se bene *affectum* comparet, & in Adversarium male; [2] Tum ex eo, ut amplificet & deprimat; [3] Tum ex eo, ut ad affectus, quos velit, Auditorem impellat; [4] Tum ex memoriæ Renovatione. 2. [1] Naturâ enim comparatum est, ut Orator, postquam *in Fide* demonstraverit, se quidem vera, adversarium autem, falsa *dicere*; ita *demum suas partes* laudet, atque *adversarium* vituperet, & *antedicta* quasi expoliat. 3. [b] Ex duobus autem alterum est *oratori* spectandum *semper*, ut demonstret, vel "Quod *ipse* his (*auditoribus*) sit bonus *atque utilis*, vel "Quod simpliciter *& in universum vir bonus*: [c] De illo verò (*Adversario*,) *similiter*, *vel* "Quod sit his malus, vel quod simpliciter. [d] Jam verò ea, ex quibus tales comparare oporteat, *i.* loci & *formæ*, expositi sunt; Unde *sc. sumptis rationibus*, *oratorem* oportet efficere *homines* bonos & malos. 4 [2] Deinceps autem, cum res *antea* demonstratæ fuerint, secundum ordinem naturæ *id sequitur*, ut *eas* Amplifices vel Extenues: [e] Oportet enim, ea quæ facta sunt, *prius* confessa esse, si *orator ipsorum* magnitudinem explicare volet: [f] Etenim *&* corporum *naturalium* incrementum, est ex iis *substantiis*, quæ prius extiterunt. [g] Unde verò oporteat augere & extenuare, expositi superius sunt loci. 5 [3] Posthæc autem cum perspicua sint, & qualia, & quanta *agantur in causa*; *Sequitur tum quidem*, ut ad Affectus auditorem ducas: Sunt autem hi, Misericordia & Indignatio; & Ira & Odium; & Invidia & Æmulatio, & Contentio. [h] Dicti verò etiam sunt horum loci superius.

a *Perorationis munera* 4r, eum ordinem servant,
1°, Ut sit *Benevolentia Auditoris*:
2°, *Amplificatio Dictorum*:
3, *Animorum Commotio*:
4°, *Enumeratio probatorum*.

1m Enim, naturæ ductu, FIDEM *sequitur* BENEVOLENTIA: Cum enim *tuas res firmâris*, *adversarii refelleris*; tempus erit, ut *teipsum commendes*, *adversarium insimules* apud eos qui audiunt.

b *Commendes te*] ut *bonum illis*, atque utilem:
Aut ut *absolute bonum*.

c *Insimules adversar.*] ut *malum his*:
Vel ut *omnino malum*.

d *Locos formasque ad hanc rem destinatas*, pete ex lib. 1. c. 9.

2 Deinceps est, ut *res superius in Confirmatione demonstratas Amplifices* vel *extenues*:

e Res enim *illas* jam *certas indubiasq*; esse par est, si *recte de earum Amplitudine* disputare vis.

f Prob. à Simili: Neque enim *in corporibus naturalibus Auctio ulla* fit, nisi & *id cui aliud adponendum* est, & *id quod adjungi debet*, prius maneat.

g *Formas Amplific.* petas ex lib. 1 cap. 7. &c.

3 *Post demonstrationes* atque *amplificationes*, ordo postulat, ut *excitentur Affectus*, accommodati causæ.

h *Form. Affect.* repetend. ex lib. 2.

προτερον. 6. Ὥστε λοιπὸν, ἀναμνῆσαι τὰ προειρημένα· τοῦτο δὲ ἁρμόττει ποιεῖν οὕτως, ὥσπερ φασὶν ἐν τοῖς προοιμίοις, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες· ἵνα γὰρ εὐμαθὴς ᾖ, κελεύουσι πολλάκις εἰπεῖν· ἐκεῖ μὲν οὖν δεῖ τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν, ἵνα μὴ λανθάνῃ περὶ οὗ ἡ κρίσις· ἐνταῦθα δὲ δι' ὧν δέδεικται κεφαλαιωδῶς. 7. Ἀρχὴ δὲ, "διότι ἃ ὑπέσχετο ἀποδέδωκεν. 8. Ὥστε ἅ, τε, καὶ δι' ὅ, λεκτέον. 9. Λέγεται δὲ ἐξ ἀντιπαραβολῆς * τοῦ ἐναντίου· παραβάλλειν δὲ, ἢ ὅσα περὶ τὸ αὐτὸ ἄμφω εἶπον. 10. Ἢ μὴ κατ' ἀντικρύ· "ἀλλ' οὗτος μὲν τάδε περὶ τούτου· ἐγὼ δὲ, ταδί, καὶ διὰ ταῦτα· 11. Ἢ ἐξ εἰρωνείας· οἷον, "οὗτος γὰρ τάδ' εἶπεν, ἐγὼ δὲ τάδε· καὶ, "τί ἂν ἐποίει, εἰ τάδε ἔδειξεν, ἀλλὰ μὴ τάδε· 12. Ἢ ἐξ ἐρωτήσεως· "τί οὐ δέδεικται· ἢ οὕτως· "τί ἔδειξεν; 13. Ἢ δὴ οὕτως, ἢ ἐκ παραβολῆς· ἢ κατὰ φύσιν, ὡς ἐλέχθη, οὕτω, τὰ αὐτοῦ· καὶ πάλιν, ἐὰν βούλῃ, χωρὶς τὰ τοῦ ἐναντίου λόγου. 14. Τελευτὴ δὲ τῆς λέξεως ἁρμόττει ἡ ἀσύνδετος, ὅπως ἐπίλογος, ἀλλὰ μὴ λόγος ᾖ· "εἴρηκα, ἀκηκόατε, ἔχετε, κρίνατε.

superius. 6. [4] Quare reliquum *est postremo loco*, ut *Orator ea*, quæ ante dicta *sunt*, in Memoriam revocet: [i] Id autem convenit ita facere, quemadmodum *quidam magistri faciendum esse* aiunt in Proœmiis; non recte præcipientes: Quo enim bene percipiantur *ea*, *quæ dicenda sunt*, jubent *eadem* sæpe dicere. [k] Ac ibi quidem, (*in Proœmiis*,) oportet rem *auditori* exponere, ut ne lateat, de quo judicatio *instituitur*: [l] Hic verò (*in Peroratione*,) *oportet argumentorum* capita, per quæ demonstratum fuit, reponere. 7. [m] Initium autem *Repetitionis sit*; [1] "Quod 'ipse jam ea, quæ pollicitus erat, *Au*'*ditori* persolvit. 8. [2] Quare *breviter debet* tum *Quæ fuerint illa*, tum Quarum rationum vi, *illa confecerit*, ostendere. 9. [n] Ducuntur verò, *quæ repetuntur*, [1] ex Adversa Collatione adversarii: Conferre autem oportet, vel *è regione*, ea quæcunque ambo *Litigatores* de eadem re dixerunt; 10. [o] Vel non è regione: *veluti*, "At iste qui'dem, de hac re hæc *argumenta attu*'*lit*; Ergo verò, res *hujusmodi*, & ob 'rationes has. 11. [p] Vel ex Dissimulatione; velut, "Iste enim illas *ratio*'*nes* dixit; Ego verò, has: Et, "Quid 'fecisset, si illas res ostendisset, non au'tem has? 12. Vel ex Interrogatione, "Quid non *à me* ostensum est? vel sic; "Quid *totâ Oratione* confirmavit *ad*'*versarius*? 13. [2] Aut igitur sic, seu ex Collatione, *repetenda illa sunt*; aut secundum naturæ *ordinem*, *oratorem argumenta oportebit* sua eodem pacto *repetere*, quo *in oratione* dicta sunt; Et rursus, si velit, contrariæ orationis argumenta seorsim *ponere*. 14. [3] Fini verò *Enumerationis* conveniens est *ejusmodi* locutio, quæ *Membris* Dissoluta *est*; [r] ut non Oratio sit, sed Peroratio: *Velut*, "Dixi; Audistis, Habetis, Judicate.

4 Restat, ut *ante-expositorum redintegretur Memoria*: *i* Quod commodissime fiet *per Repetitiones* & *Dissoluta*: quæ *veteres* inscite *præceperunt adhibenda* esse *in Proœmiis* (quo res tota facilius posset percipi.)

k Verum (ut scientior sis) *In Proœmiis*, *res* ideo *evolvitur*, *ne incertus* maneas, *de Quo Judicium facere* oporteat:

l *In Epilogis* autem, *argumenta* singula *repetenda*, *summatim* sc. eorumque *capitib. tantum explicatis*.

m *Repetitionis* autem *partes tres*, *hoc* prodeunt *ordide*: 1° est *Aditus ipse*: "Fidem se auditoribus solvisse, &c. Dein, *Repetitio brevis*: quæ, *attulerit*, & *Quibus argumentis*, exponat.

n Fit autem illa 2 *r*: 1°, Per *Collationem rationum*, idque vel *è regione*, ut quasi pede collato *committas tua cum argumentis adversarii*.

o Vel *non è regione*, *sed seorsim*: Atque ita collatio Alia *Simplex* & *nuda* est.

p Alia *Figurata*: eaque Aut *per Ironiam*, & *Contemptum* quendam,

q Aut *per Interrogationem*.

2°, Per *Coordinationem absque Collatione*: ita ut *ordine*, quem exposueris, *nihil mutato*, *primum* rationes *tuas proprias*; *subinde seorsim* (si tibi commodum) *adversarii contrarias* recites.

3 Postremo, *Finis Enumerationis* id postulat *Elocutionis genus*, quod *Dissolutum* dicitur.

r [*Quo Paranomasia alludit illa*] Non ut *Oratio* sit sc. copulis nexa; sed *Peroratio*, i. Orationem complectens clausula.

* *Conjun. supr. c.* 13. *p.* 7. & *lib.* 1. *c.* 9. *p.* 51.

FINIS.

Tabula generalis seu ἀνακεφαλαίωσις Librorum trium.

Rhetoricæ partes tres:

LIB. 1.

- 1a pars, *de Fide*: ubi [*Præmissis* quibusdā de Rhetoricâ, c. 1°; & *definitâ ipsâ*, ac *divisâ Fide in* suas *species*, ca. 2°;] pertractat *Fidem Enthymematicam*,
  - Tum *Propriam generum* orationis. Præmisso itaque, [*genera* illa *esse* 3a: eorumq; *Fidem Propriam*, aliā esse de *quæstionib. singulorum generum Propriis*; aliam de *quæstionibus ipsorum Communibus*, ca. 3°:] Exponit
    - 1 *Fidem de Propriis quæstionib9 singulorum generum*: sc.
      - *Deliberativi*: [An sit *utile*:] à cap. 4. ad 8.
      - *Demonstrativi*: [An *honestum*:] Cap. 9.
      - *Judicialis*: [An *justum*:] à cap. 10 ad 15.
      - De Fide Artis experte.] Cap. 16.

LIB 2.

- Ad Fidē Propriā de quæstionibus Propriis pertinet, Tum
  - *Morata Fides*, quæ mores *dicentis* exprimit: } Cap. 1.
  - *Affecta Fides*, quæ affectus *audientium* commovet: } à cap 2. ad 13.
- Juxtaq; *Mores* etiam *audientium* spectandi; qui consequuntur illorum
  - Affectus animi:
  - Habitus morales: } à cap. 14 ad 16.
  - Ætates varias:
  - Fortunas:] à cap 17 ad 19.
- 2 *Fidem de quæstionibus trium generum Communibus*: ut, An *possibile* sit; An *factum*, &c. } Cap. 20.
- Tum *Communem*: sive ea communiter sit *de quæstionibus singulorum generum Propriis* vel Communibus; sive *de quæstionibus quarumcunque rerum Indefinitis*: } à cap. 21. ad finē libri.

LIB. 3.

- 2a pars, *de Elocutione & Actione*: ubi (præmissâ historiâ utriusque,) proponit dicendum esse de Elocutione Oratoriâ: cap. 1. Ac
  - 1, De *ipsius Constitutione*, tum
    - 1 *Quid sit*, & *ex Quibus nominibus constet*: } à cap. 2. ad 4.
    - 2 *Quæ sint* ejus *Ideæ*, *seu formæ*:] à cap. 5 ad 9.
  - De Urbanitate Elocutionis, seu Facetiis:] Cap. 10. & 11.
  - 2, De *ipsius differentiis*, seu *specialibus modis*:] Cap. 12.
- 3a pars, *de Dispositione partium* orationis: Ac
  - 1 Quod *partes* ad summum sint 4r: *Proœmium*, *Propositio*, *Fides*, & *Peroratio*: } Cap. 13.
  - 2 De *Constitutione singularum partium*: &
    - 1 De *Proœmio*:] Cap. 14.
    - Juxtaque de *Criminatione*:] Cap. 15.
    - 2 De *Propositione*, seu *Narratione*:] Cap. 16.
    - 3 De *Fide*:] Cap. 17.
    - Juxtaque de *Contentione*:] Cap. 18.
    - 4 De *Epilogo*:] Cap. 19.

LOCI AUCTORUM

Veterum in hoc Opere ab *ARISTOTELE* citati.

Præter hos quàm plurimi alii citantur incertorum Auctorum loci.

His adde etiam proverbia nonnulla. pag. 31, 62, 66, 67, 68, 105, 107, 145, 158, 111.

Deo Tri Uni Gloria.